This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

~~XIX.D.2~~

f40 te 158.

יהוה



ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑ.

POLYBII
HISTORIA.

EDIDIT

LUDOVICUS DINDORFIUS.

VOL. IV.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXVIII.

Rec: Aug. 28, 1879.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Polybius quum inter recentiores historicos omnium iniquissima usus sit fortuna, ut non solum de quadraginta quos pariter atque Diodorus scripsit libris illius quindecim, ipsius quinque tantum supersint integri, sed etiam omnia uno maximam partem valde depravato codice sint conservata, atque in ampla Constantinianarum parte eclogarum, quae palimpsesto codice Vaticano continetur, multo peius quam Diodorus sit habitus, etiam eorum qui in amplissimi operis reliquiis restituendis suam per tria amplius secula posuerunt operam multo iniquior fuit quam apud Diodorum conditio, ut non sit mirandum quod plurimis rebus agendis districti ad unam parum saepe attenderunt, quae accuratius observata millena partim prodit vitia partim quomodo sint tollenda satis certo saepe demonstrat, ipsius Polybii omnis dicendi mos et consuetudo. Quae non solum in singulorum usu vocabulorum eorumque formis, sed etiam in omni orationis conformatione tanto accuratius est indaganda quanto magis supparis aetatis scriptorum comparatione destituimur, quoque maiorem ipse etiam minutis in rebus ei impendisse videtur diligentiam, quandoquidem quo ipse vivebat seculo rhetorum grammaticorumque scholae omnes etiam ad maiorem quam ipsos veteres scriptores instituebant accurationem. Nam quod non longo abhinc tempore nemo ortasse aut suspicaturus fuisset aut crediturus, scriptoris tam ravis et sobrii in re minuta, ad quam veterum historicorum ulli in mentem venisset attendere, tantam fuisse per totum pus longissimum et haud dubie etiam in ceteris eius scriptis iligentiam ut duarum concursum vocalium quantumcunque osset evitaret, non solum ubi ipse loqueretur, sed etiam

ubi alios loquentes introduceret, quasi illi quoque, velut legati de rebus gravissimis agentes, hunc concursum non minus reformidassent quam navium aut acierum hostilium conflictum, id ipsum ante paucos demum annos et factum esse animadversum est et ad millena magis minusve gravia vitia indaganda et plurima melius constituenda adhibitum. Cuius inventi laudem qui sibi vindicavit Gust. Ed. Benselerus in libro de hiatu apud scriptores graecos, Fribergae edito a. 1841, quod omnem hac de re quaestionem inchoavit potius quam absolvit et perfecit nec de singulis recte semper iudicavit, nihil obest eius aut veritati inventi aut laudi. Quod etsi recte animadvertit etiam ad eiusmodi esse hiatus extendendum qui neglecta in mediis vocabulis elisione, ut in ἠντιναοῦν pro ἠντινοῦν, quod restitui in fragm. 54 apud Suidam v. *μνησικακεῖν*, ut aliis restituendum dixi vel recentioribus Polybio praef. ad Xenoph. Cyrop. p. XIV ed. Lips. quartae, aut crasi nascatur, ut in *προέθετο* vel *προετίθετο* pro eo quod alibi plerumque legitur *προύθετο*, falsus tamen est quum p. 313 etiam *προεστὼς* putavit contrahendum ut *προύστην*, quod nec contraxit quisquam nec potuit contrahere quin etiam litteram *π* mutaret in aspiratam *φ*, ut in *φροίμιον* et *φροῦδος* ipsoque *θράττειν*.

Rursus idem quod non putavit ferendos partim admissos a Polybio hiatus quosdam vel a poetis non reformidatos partim elisione ab iisdem admissa sublatos, sed quam ipse alienam a prosa iudicaret, defecit eum interdum scientia, nescientem, quae ipse reliceret, confirmari posse testimoniis testium haec omnia extra dubitationem ponentium. Nam quod 10, 47, 1, rectissime scriptum *πολλοὶ γίγνονθ' οἱ πυρσοὶ* p. 312 tanquam non ferendum in prosa mutat in multo deterius *γίγνονται πυρσοί*, non solum eadem Polybius 3, 36, 4, et alibi usus est huius diphthongi elisione, (quae 4, 60, 8: *Τότ' ἤδη βοηθεῖν ἀναγκάζεται αὐτῷ κατὰ δύναμιν* fortasse non elidendo *αι*, sed restituto *ἀναγκάζεθ' ἑαυτῷ* revocanda, etsi non est credibile 3, 81, 10: *Διόπερ εἴ τις δύναιτο συννοεῖν τὰ περὶ τοὺς πέλας ἁμαρτήματα καὶ τῇδέ που προσιέναι τοῖς ὑπεναντίοις ἢ μάλιστα καὶ δι' ὧν εὐχείρωτος ἔσται ὁ προεστὼς τῶν πολεμίων* Polybium scripsisse ἔσθ', nedum id ut

esset *ἐστί*, quae mira est Benseleri opinio p. 221, quum in promptu esset *ὁ προεστὼς ἔσται*, sed fortasse expungendum *ὁ προεστὼς τῶν πολεμίων*, quo post praecedentia *τὸν τῶν ὅλων ἡγεμόνα* hic quoque, ut paullo ante, ubi de eodem *ὅ γε τοιοῦτος*, non admodum opus,) sed etiam aliquoties Philodemus in Voluminibus Herculanensibus, ut dixi praef. ad Diodorum vol. 4, p. XV, etsi librarii mira inconstantia has quidem elisiones servarunt, sed alias usitatissimas sustulerunt, ut apud Polybium, ita apud Philodemum, et in Vaticano Dionysii, hiatus certe plerumque fugientis, multi melioribus eius scripturis optime sunt sublati, sed alii in illo quoque solo male illati. Inter hiatus autem apud Polybium haud dubie ferendos numerandum est *τι* vel *ὅτι* ante vocales, ut apud poetas Atticos, positum, et *μέχρι*, quod ego Polybio constanter restitui pro *μέχρις*, libris modo hoc modo illud, ut solent, praebentibus, Benselero male et *ὅτι* sollicitante et *μέχρις* probante.

Nec quisquam credet, ut ipse fecit p. 205, 206, 292 et alibi, talia quale *τἀ ὅλα* et *τὸ ὅλον* et *τὸ ἔθνος*, per crasin esse contrahenda potius quam a Polybio cum hiatu non minus inevitabili quam post *καὶ* aut *μὴ* esse scripta.

Contra, ut nonnulla attingam eorum quae doctrinam eius videantur evertere, accuratius autem explorata confirmant potius et ipsa tanquam mendosa coarguuntur, nullo modo fieri potest, quod ipse bona fide credidit p. 207, ut Polybius scripserit quod est in codice 1, 28, 11: *Παραπλήσιον γὰρ ἦν ἤδη τὸ γιγνόμενον πολιορκίᾳ· καὶ πάλαι ἂν ἀπωλώλεσαν οὗτοί γε προφανῶς, εἰ μὴ δεδιότες τοὺς κόρακας οἱ Καρχηδόνιοι περιφράξαντες μὲν αὐτοὺς πρὸς τῇ γῇ συνεῖχον, πρὸς δὲ τὰς ἐμβολὰς διὰ τὴν συμπλοκὴν εὐλαβῶς ἔχοντες οὐ προσῆσαν.* Nam etiam ad sententiam adeo incommodum est hians illud *πάλαι* ut librarii aut correctoris abolito commento restituendum Polybio censeam *πάντες*, quod et hic aptissimum est et habet in loco simillimo 3, 53, 1: *Ἐν ᾧ καιρῷ πάντας ἂν ἦν ἀπολέσθαι συνέβη τοὺς περὶ τὸν Ἀννίβαν, εἰ μὴ ὀτρες ἀκμὴν ἐπὶ ποσὸν καὶ προορώμενοι τὸ μέλλον τὰ σκευοφόρα καὶ τοὺς ἵππεῖς εἶχον ἐν τῇ πρωτοπορείᾳ κτλ.*, , 26, 11 dixit: *Οἱ δὲ λοιποὶ παραχρῆμα πάντες ἀπέρ- ἀπ' αὐτοῦ προφανῶς.*

Nullum enim certum est unquam eiusmodi hiatum excidisse Polybio*) qualem et *πάλαι* illud infert et introduxit qui ei verba praef. ad vol. 1, p. XXXVIII ab me eiecta 3, 39, 3: *Τοῦτο δὲ τὸ μῆκός ἐστι τῆς παραλίου ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους καὶ μυρίους σταδίους*, intulit, aut infelix corrector, qui explosum ibidem p. VIII commentum: *Ἀλλ' ὅμως εἰς τὴν μὲν βουληθέντα καταπλεῦσαι (οὐ) ῥᾴδιον, πρὸς ἣν δὲ κἂν μὴ βούλῃ, φέρει κατ' ἀνάγκην ὁ ῥοῦς*, neque assequi potuit usitatum et necessarium in huiusmodi loco *οὐδὲ* proximis absumptum esse syllabis, eoque destitutum *βουληθέντα* propemodum esse ridiculum, quum sponte intelligatur voluisse debere qui hoc facerent, unde Polybius 15, 31, 5: *Ἵνα μηδὲ βουληθέντες ἔτι δύνωνται λυπεῖν μηδένα*, et 18, 20, 12: *Ἐγὼ γὰρ οὕτω χειριῶ τὰς διαλύσεις ὥστε μηδὲ βουληθέντα τὸν Φίλιππον ἀδικεῖν δύνασθαι τοὺς Ἕλληνας*, dixit quod 30, 2, 5: *Διὰ τὴν ἀπαιδίαν οὐδ' εἰ βουληθείη δυναμένου τὴν ἀρχὴν ἄλλῳ καταλιπεῖν*, omnibusque his locis non ita erat perverse loquuturus ut hoc fecit loco loquentem horum omnium nihil intelligens corrector. Quem enim 1, 62, 6 Benselerus inoffensus transiit hiatum post infinitivum: *Τοῦ γὰρ αὐτοῦ νομιστέον εἶναι ἡγεμόνος τὸ δύνασθαι βλέπειν τόν τε τοῦ νικᾶν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τοῦ λείπεσθαι καιρόν*, nemo tribuet Polybio, cui *ἡγεμόνος εἶναι* dicere liceret, sed sublato *εἶναι* esse tollendum coniiciat qui contulerit 1, 81, 10: *Τῆς δὲ διαθέσεως ἀρχηγὸν μὲν καὶ μεγίστην μερίδα νομιστέον ἔθη μοχθηρὰ καὶ τροφὴν ἐκ παίδων κακήν, συνεργὰ δὲ καὶ πλείω·* 38, 1a, 5: *Καὶ καθ' ὅσον τοὺς ζῶντας μετὰ τιμωρίας ἐλεεινοτέρους νομίζομεν τῶν ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς ἐκλιπόντων τὸν βίον, κατὰ τοσοῦτο καὶ τὰς περιπετείας τῶν Ἑλλήνων ἐλεεινοτέρας νομιστέον τῶν συμβάντων Καρχηδονίοις*, etsi hi loci non genitivum habent, sed adiectivum. Nam 3, 15, 7: *Ἐνεκάλει Ῥωμαίοις διότι μικροῖς ἔμπροσθεν χρόνοις στασιαζόντων αὐτῶν λαβόντες τὴν ἐπιτροπὴν εἰς τὸ διαλῦσαι ἀδίκως ἐπανέλοιντό τινας τῶν προεστώτων*, valde probabilis est Benseleri con-

*) 3, 44, 8, *πᾶσαι* me invito scriptum pro *πᾶσιν*, ut recte codex, et 2, 25, 5, *πυρὰ* pro *πῦρ*, quod posueram ad Xen. Anab. 3, 1, 3.

iectura delentis illa *εἰς τὸ διαλῦσαι*, quae non tantum hiatum inferunt, minime interpunctione ne hic quidem excusatum, sed etiam inusitatam constructionem et nihil aliud quam quod per se intelligitur dicunt. Quae coniectura tanto videbitur probabilior, si eadem sint ratione corrigenda haec 1, 74, 13: *Οὐ μόνον δὲ περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν οὕτως ἀνεστράφη νωθρῶς, ἀλλὰ καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας περὶ τὴν καλουμένην Γόρζαν ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτῷ τῶν πολεμίων, λαβὼν καιροὺς δὶς μὲν ἐκ παρατάξεως εἰς τὸ νικᾶν, δὶς δ' ἐξ ἐπιθέσεως, ὅτε μὲν στρατοπεδευόντων σύνεγγυς αὐτῷ τῶν ὑπεναντίων, ἀμφοτέρους δοκεῖ τούτους εἰκῇ καὶ παραλόγως προέσθαι.* Ubi primum delenda censeo verba *εἰς τὸ νικᾶν*, non solum propter constructionem et inconcinnam inter duo membra collocationem, (dicendum enim erat *λαβὼν καιροὺς εἰς τὸ νικᾶν*,) sed etiam propter sententiam, quae tanquam certam ponit quadruplicem non occasionem hostes aggrediendi, sed ipsam victoriam, quantumvis semper fere incertam, quum *λαβὼν καιροὺς* absolute positum et dicat quod dici hic convenit et per se sufficiat, ut 1, 7, 2: *Ἅμα τῷ λαβεῖν καιρὸν εὐθὺς ἐπεχείρησαν·* 9, 17, 2: *Τοὺς δ' ἔνδοθεν περὶ μέσον ἡμέρας, ὅτε λάβοιεν τὸν καιρόν, ἕνα μὲν αὐτῶν μεθ' ἡσυχίας ἐν ἱματίῳ διὰ τῆς πύλης ἐκπέμψαι*, et in iis quae posui vol. 4, p. 146, 4: *Λαβὼν τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν νυκτὸς ἦγειρε τοὺς πρώτους·* Diodori 1, 60, 2: *Τότε τοῦ μίσους καιρὸν λαβόντος ἀπέστησαν οἱ πλεῖστοι·* 10, 25, 3: *Ὁ φθόνος ἐπειδὴ καιρὸν ἔλαβεν, ἄθρους ἐξερράγη.* Deinde quod ex Casauboni coniectura illatum *ἅτε καὶ* pro *ὅτε μὲν* neque probabilitate commendatur neque concinnitate, quum bimembrem sententiam sequatur altera uno membro defecta. Nam ut *παράταξις* convenit *στρατοπεδεύουσι σύνεγγυς αὐτῷ*, ita *ἐπίθεσις* non tenentibus, sed relinquentibus castra, ut nihil putem mutandum, sed integrum post *ὑπεναντίων* membrum intercidisse eiusmodi, ut *ὅτε δ' ἐξιόντων καὶ λεηλατούντων* vel *ὑδρευομένων καὶ προνομευόντων*, quum etiam per se sit credibile edatum et aquatum pabulatumque exiisse qui castra exadsum posuissent. Sic 5, 80, 5: *Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀντεστρατοπέδευον ἀλλήλοις· μετὰ δέ τινας ἡμέρας Ἀντίοχος.. ἐστρατοπέδευσε τοῖς περὶ Πτολεμαῖον. ἐν ᾧ καιρῷ περί*

τε τὰς ὑδρείας καὶ προνομὰς ἐγίγνοντο συμπλοκαὶ πλείους, ὁμοίως δὲ καὶ μεταξὺ τῶν στρατυπέδων ἀκροβολισμοὶ συνίσταντο. Quodsi quid addendum esset illi λαβὼν καιρούς, aptius foret συμβαλεῖν, ut 3, 56, 5: Ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτοῖς.. συμβαλὼν ἐκ παρατάξεως καὶ νικήσας τῇ μάχῃ κτλ. Ita ne littera quidem mutata nihil nisi hic quoque perisse nonnulla statuere sufficiet. Nam lacunis magis minusque amplis pariter atque scholiis nonnullis ex margine illatis librum Vaticanum non carere pluribus quam ipse notavi vol. 1, p. XXXVII constat exemplis, quibus addendum videtur praeter alia hoc ex 3, 15, 11: Τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν ἀληθινὴν παρασιωπῶν, τὴν δ' οὐχ ὑπάρχουσαν περὶ Ζακανθαίων πλάττων, ubi suspicor ex praecedentibus 9: Ταῖς μὲν ἀληθιναῖς αἰτίαις οὐκ ἐχρῆτο, κατέφευγε δ' εἰς προφάσεις ἀλόγους, esse repetitum inutile et molestum ἀληθινήν.

Ac libro 4, 40, 9: Οὖσά τ' ἐξ ἀρχῆς θάλαττα σύρρους τῷ Πόντῳ, καθὰ οἱ παλαιοὶ συμφωνοῦσι, νῦν ἐστι λίμνη γλυκεῖα, etsi non minus certa est correctio Benseleri καθάπερ quam certum 5, 5, 4, δι' ὃ οἱ περὶ Γύργον, ubi codex διόν, scribendum esse διόπερ, si illa sint Polybii, fieri tamen potest ut ex margine irrepserint: sunt enim prorsus congruentia recentiorum consuetudini, velut Georgii Syncelli p. 92, B: Ὡς συμφωνοῦσι πολλοὶ τῶν ἐπισήμων ἱστορικῶν.

Libro 5, 5, 10: Ὁ δὲ βασιλεύς, τὰ μὲν ἀπιστῶν ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον ἐκ τῆς περὶ τὴν πολιορκίαν ἐθελοκακήσεως, συναισθανόμενος δὲ καὶ ἐκ τοῦ περὶ τὸν Παλοῦντα διαβουλίου αὐτῶν τὴν κακοπραγμοσύνην, quomodocunque habeat illud τὸν Παλοῦντα, de quo mira est coniectura Benseleri p. 232, certum est Polybium post διαβουλίου non posuisse αὐτῶν, etsi delentis Benseleri coniectura minus est probabilis quam nihil nisi transferendum esse post τὴν coniicientis. Nec dubium 5, 71, 2: Προσλαβὼν δὲ καὶ τὴν παρὰ τούτων ἐλπίδα καὶ χορηγίαν προῆγε, καὶ κατασχὼν εἰς τὴν Γαλάτιν γίγνεται Ἀβίλων καὶ τῶν εἰς αὐτὰ παραβεβοηθηκότων gravem latere depravationem non solum in Γαλάτιν, quod nihili, pro Γαλαδῖτιν posito, ut quaevis nomina propria mire saepe sunt in ipso codice Vaticano depravata, sed etiam in ceteris,

quum nihili sit et *κατέχειν* sic dictum et *γίγνεται*, ipsumque Vaticani *αὐτὸ* pro *αὐτὰ* nonnulla hic excidisse prodat.

Eodem libro 5, 74, 9: *Εἶλκε τὸν χρόνον τῶν συνθηκῶν ἀεί, ὑπὲρ τῶν κατὰ μέρος ἀντιλογίας καὶ σκήψεις εἰσφερόμενος*, ubi Benselerus p. 326 delendum arbitratur *ἀεί*, recte animadvertens, nisi ad *εἰσφερόμενος* referatur, inane fore, ipsa sententia tale quid requirit ut *ἀεί τινας* vel *ἀεὶ καινὰς* vel *ἀεί τινας καινάς*, ut est 5, 75, 4: *Καινοί τινες ἀεὶ πεφύκαμεν*, et 1, 68, 10: *Καθόλου δὲ ἔν τι ἀεὶ καινὸν προσεξεύρισκον*, quomodo scribendum videtur pro *ἔν τινι καινῶν*, admisso, ut supra dixi, hiatu post *τι*. Atque 11, 4, 5: *Ὁ πόλεμος ὑπό τινων ὅταν ἅπαξ ἐκκαυθῇ, ποτὲ μὲν αὐτοὺς τούτους πρώτους ἀπόλλυσι, ποτὲ δὲ φέρεται φθείρων ἀδίκως πᾶν τὸ παραπεσόν οἱ, καινοποιούμενος καὶ προσφυσώμενος, ὥσπερ ὑπ' ἀνέμων, ὑπὸ τῆς τῶν πλησιαζόντων ἀγνοίας*, quum uno hoc loco legatur *οἱ*, alienum a Polybio pronomen idemque prorsus supervacuum, quod abest ceteris locis omnibus ubi haec est formula, mutandum coniicio in *ἀεί*, cum *καινοποιούμενος* coniungendum, ut 1, 9, 1: *Καινοτομοῦντας ἀεί τι*.

Quae ferenda Benselerus p. 301 putavit 32, 10, 3: *Οὔτε γὰρ καταγιγνώσκων οὔτε παραπέμπων ἐγώ σε ποιῶ τοῦτο, πολλοῦ γε δεῖ, ἀλλὰ τῷ πρεσβύτερον εἶναι τὸν ἀδελφὸν ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις ἄρχομαι ἀπ' ἐκείνου καὶ λήγω πάλιν εἰς ἐκεῖνον ἐν ταῖς ἀποφάσεσι καὶ συμβουλίαις καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπερείδομαι, δοκῶν καὶ σὲ τῆς αὐτῆς μετέχειν γνώμης*, quum ne dici quidem sit opus qualia sint, etiamsi hiatus *ἄρχομαι ἀπ' ἐκείνου* vitium non proderet, quo correcto simul cetera quasi se ipsa corrigunt, ut emendavi apponens: *Ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις ἄρχομαί τ' ἀπ' ἐκείνου καὶ λήγω πάλιν εἰς ἐκεῖνον ἔν τε ταῖς ἀποφάσεσι καὶ συμβουλίαις πρὸς ἐκεῖνον ἀπερείδομαι*, addo etiam in *πολλοῦ γε δεῖ* hiatum videri tollendum restituto et hic *δεῖν* et 3, 6, 3: *Ἐγὼ δὲ ταύτας ἀρχὰς μὲν εἶναι τοῦ π ου φήσαιμ' ἄν, αἰτίας γε μὴν οὐδαμῶς ἂν συγχωρήσ . πολλοῦ γὰρ δεῖ, εἰ μὴ καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν ε ἣν Ἀσίαν αἰτίαν εἶναί τις φήσει τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας π μου*, item reposito *οὐδαμῶς ἂν συγχωρήσαιμι, πολλοῦ γ εἰ μὴ κτλ.*, ut saepius *δοκεῖν* apud ipsum Polybium

in *δοκεῖ* depravatum, velut 24, 8 b, 4; 27, 7 a, 2, ipse autem *μικροῦ δεῖν* sic dixit 32, 7, 11: *Τούτους μὲν οὐ προσεδέξατο μικροῦ δεῖν·* 37, 1 c: *Οὐκέτι τὸ γιγνόμενον ἀσεβήματι παραπλήσιον εἶναι, καὶ μὴν οὐδὲ παρασπονδήματι μικροῦ δεῖν.* Deinde ib. (32, 13) 4: *Ἐκεῖνό γε μήν σου ἄγαμαι νῦν ἀκούων* transponendum *ἄγαμαί σου*, ut non ferendus hiatus 3, 84, 13: *Ποιεῖν οὐδὲν ὄντες δυνατοὶ ἔτι*, in ipso Vaticano correctus *ἔτι δυνατοί*.

Nam ut ipsa illa inconstantia et incuria quam in omni hoc genere vel antiquissimis in libris non minus quam in inscriptionibus animadverti dixi praef. ad Diodori vol. 4, p. XV, obstitit quominus quicquid non posset esse Polybii, aut eius certe non conveniret omnis hiatus fastidio, tollerem, praesertim quum correctio saepe ne posset quidem lenis inveniri, nedum certa et indubia, ita saepe levior mutatio non eadem est verior maiorique praeferenda. Velut etsi saepissime nihil nisi elidendae sunt vocales quum aliae quaevis tum *o* imperfecti aut alius temporis, tamen 3, 107, 5, *ἐδυσχρηστοῦντο ἐπὶ τῷ κατειλῆφθαι τὸν προειρημένον τόπον*, delendum videtur *ἐπὶ* potius quam elidendum *o*, ut 1, 18, 7 est: *Δυσχρηστούμενος ἤδη τοῖς πράγμασιν*, et alibi.

Non minori quam in hoc genere incuria versatos esse librarios in omni orthographia ipsisque verborum formis praeter pauca illa quae praefatione ad volumen primum tetigi vitia alia ostendunt centena, ut qui ipsos alioqui optimos et antiquissimos libros velit in talibus imitari iisque fidem habere in rebus in quibus codicum vel optimorum nulla prope est, nisi quatenus rectarum formarum sunt testes, minime etiam quatenus deteriorum, plurima sit laturus aut illaturus quae Graeculorum potius sint millenis post annis natorum peccata quam ipsius Polybii. Non minus enim perversum quam quod loco citato explosi *δικτάτορος* est contrarium vitium *Ὡράτιος* pro *Ὁράτιος*, ut scribere solebat ipse Coraes, quo nihilo melius videtur *Φιλάμμωνος* pro eo quod metrum poscit apud Euripidem *Φιλάμμονος*, ut dictum ad Thes. Stephani, etsi *Φιλάμμωνα* est apud Philodemum *Περὶ εὐσεβείας* p. 11, 15 ed. Gomperz., ut vel papyri multis sunt vitiis inquinati, quae paullatim ita se insinuarunt in linguam ut recta et antiqua orthographia

propemodum evanesceret. Ita, ut uno alteroque defungar exemplo, quum nihil tribuendum sit libris Polybii plerumque γίνομαι et γινώσκω exhibentibus, raro vero γ interponentibus, ut ne Diodori quidem libris eodem fere modo fallentibus fidem habendam videri dixi praefatione ad illum, ita Μάλιος pro Μάλλιος scriptum in Vaticano 1, 27, 11; 39, 15; 2, 31, 8, qui se ipsum refellens Μάλλιος 3, 40, 11, nemo mirabitur aut morabitur qui meminerit vel optimis in codicibus scripta ἀλάσσω, Ἀπολινάριος, Ἀπόλωνος, de quibus Villoisonus Prolegom. ad Homerum p. IV, (1), idemque *Notices et Extraits* vol. 7, p. 420: „Le manuscrit cité par Montfaucon porte καλιέργου au lieu de καλλιέργου, parce que le copiste a suivi la prononciation des Grecs modernes, qui ne font sentir qu' une des deux mêmes lettres accolées et redoublées. Plusieurs éditeurs, qui ignoroient cet usage constant, et trouvoient perpetuellement dans leurs manuscrits ἀλάτω au lieu de ἀλλάττω, en ont conclut faussement qu' il etoit aussi bon de dire ἀλάτω . . . . La connaissance de la prononciation des Grecs modernes, qui est fort ancienne, quoiqu' elle ne soit pas l'antique, est très-utile pour decouvrir la source d'une foule d'erreurs." Quibuscum componenda quae de scriptura μεταλευτικὸν dixit Ameilhonus ib. vol. 5, p. 376, et de ἀμαλοδέτης secundum Draconem producto α dicto a Theocrito Hasius ib. vol. 8, p. 59, denique de codice Georgii Lapithae, in quo „le copiste omet fort souvent la seconde consonne dans les mots où il faut écrire ρρ, λλ, μμ, et ainsi des autres" Boissonadus vol. 12, p. 16, quaeque passim vel antiquioribus in libris conspiciuntur Ἁλικαρνασεύς, Ἑρβησός, Κάσανδρος, λεύσω et similia. Μάλιος quidem, quod est etiam apud Suidam v. Γαλάται, p. 792, B, et v. δικτάτωρ p. 999, B, ubi pro Μαμίλιος ponitur, redarguunt Diodori, Appiani, Zonarae codices modo hoc vol. 1, p. 344, C, modo Μάλλιος p. 360 praebentes modo miris modis deformantes. Vicissim constanter s solet in libris ἀπρίλλιος, ut hodie Graeci solent scri- l , quorum consuetudo ut Byzantinis chronographis in no- t us peregrinis sit relinquenda, Polybio similibusque scri- l ous non est obtrudenda. Nihili enim est quod in codice l no constanter scriptum πρῶρρα, quum etiam in inscrr.

sit μελάμπρωρος, ut saepe βόρρειος et similia conspiciuntur in libris. Atque alia huius generis in Polybii quoque libris scripta, ut ἕως οὗ, quod Graeci hodie dicunt ἑωσοῦ, pro ἕως, et πεζικὸς pro πεζός, quod et ipsum hodie dicitur, de quibus vol. 1, p. LIV et XLIX (ubi add. 1, 23, 1; 1, 40, 15; 1, 41, 4), et σφαλείησαν, de quo ib. LIII (ubi add. διαπτοηθεῖεν 3, 51, 5), unius auctoritate codicis illi non magis vindicantur quam quod nemo ei tribuet semel illatum 12, 15, 5: Ἡμεῖς δὲ τὸ μὲν ἐπιμετροῦν τῆς ἀπειθείας αὐτοῦ χάριν ἀφήκαμεν, τὰ δ' οἰκεῖα τῆς προθέσεως αὐτῶν οὐ παρελείψαμεν, pro παρελίπομεν, ut apud Dionem Cassium vol. 5, p. XII non solum ἐκλείψωμεν, sed vel ἀπολιπῆναι illatum notavi pro ἐκλίπωμεν et ἀπολείπεσθαι. Nihil autem fallacius est illa vel optimorum librorum in iisdem repetendis vitiis pertinacia, ut cavendum sit ne quis, dum optime se agere opinetur, quum illos revereatur, vel maxime decipiatur. Quo de genere quum plurima supersint etiam apud Polybium corrigenda, ceteris alium in locum dilatis, addo tantum non minus vitiosum quam quod praef. ad Diodori vol. 3, p. VI notavi 3, 110, 5, πολὺν ἐποιεῖτο θόρυβον, esse quod bis quidem apud Polybium apparet, 29, 3, 15: Ὁ Λυκόρτας μεγάλην ἐπυιεῖτο φαντασίαν· 32, 7, 9: Τοιαύτην ἐποιεῖτο τὴν φαντασίαν, sed bis est corrigendum ἐποίει, ut est 14, 2, 4: Τοῖς ὑπεναντίοις ποιῶν φαντασίαν ὡς τοῦτο πράττων τῆς πολιορκίας ἕνεκα· 17, 10, 7: Φαντασίαν ποιήσαντα καὶ προσδοκίαν διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα, et ποιεῖσθαι ὁρμὴν pro ποιεῖν illatum notavi praef. ad Diodorum vol. 1, p. XXXIV. Quae scripta ab utroque crederem, si exemplis confirmata viderem participiorum medii, qualia sunt illa quae medium evertunt activi. Certissimum item qui 1, 13, 1, ἐν τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ, et 10 scripsit τοῦ πρώτου συστάντος πολέμου Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις περὶ Σικελίας· 3, 9, 7: Ἡττηθεὶς τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ, eundem non scripsisse 1, 83, 8, τοὺς ὑπολειπομένους παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτους ἐκ τοῦ περὶ Σικελίαν πολέμου· neque 3, 32, 7: Θεωροῦμεν τὸν Ἀννιβαϊκὸν (πόλεμον ἀφορμὰς εἰληφότα) ἐκ τοῦ περὶ Σικελίαν, quod etiam loco secundo male infert Monacensis, sed bis Σικελίας. Nam etiam 3, 29, 4: Καὶ μὴν ἐν ταῖς περὶ

Σικελίας συνθήκαις ἦν ἔγγραπτον, Vaticanus male *Σικελίαν*. Quod ita fere convenit quasi 1, 26, 1, *μὴ περὶ Σικελίαν ὁ κίνδυνος γένηται* scribas.

Libro 2, 38, 3: *Τό τε γὰρ τῶν Ἀρκάδων ἔθνος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τῶν Λακώνων, πλήθει μὲν ἀνδρῶν καὶ χώρας οὐδὲ παρὰ μικρὸν ὑπερέχει· καὶ μὴν οὐδὲ τῶν τῆς ἀνδραγαθίας πρωτείων οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων οἷοί τ' εἰσὶν οὐδέποτε παραχωρεῖν οἱ προειρημένοι*, non magis ferri posse quod Scaliger pro *οὐδὲν* intulit *οὐδενί*, sed necessarium esse *οὐδέσι*, quam apud Demosthenem p. 14, 20: *Ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά*, ubi *οὐδέσι* G. Dindorfius, nemo monitus dubitabit. Et ut ridicula omnibus videretur superstitio alterum altero defendentis, ita eadem non minus est iniuriosa in Polybium et illa de quibus modo dixi et alia permulta quae alibi exploravi et explosi aut explodam vitia aliquot eorundem exemplis inter se defensa potius opinantium quam altera alteris everti intelligentium.

Quod dixi praefatione ad vol. 1, p. VII, primorum quinque librorum codicem Vaticanum, quantumvis plerumque veteris, unde ductus est, exemplaris vitia repetat, immunemque se praestet illis infelicium correctorum lusibus, quibus ceteri abundant codices, est tamen ubi leviora quaedam exstitisse videatur qui corrigeret, non quidem in ipso, sed in antiquiori quodam exemplari. Nam quod est 1, 2, 6: *Σικελίας μὲν γὰρ καὶ Σαρδοῦς καὶ Λιβύης οὐδ' ἐπεβάλοντο καθάπαξ ἀμφισβητεῖν, τῆς δ' Εὐρώπης τὰ μαχιμώτατα γένη τῶν προσεσπερίων ἐθνῶν ἰσχυῶς εἰπεῖν οὐδ' ἐγίγνωσκον* (Macedones), Polybium scripsisse credam quum melioribus confirmatum videro quam quae de adiectivo *ἰσχνὸς* ad orationem relato comparata sunt exemplis. Nunc veteris fraudem latere puto correctoris, qui, ut in palimpsesto Vaticano n. 73 lacunam [illegible]e 1, 3, 3, est in altero Vaticano n. 124 nesciens explere, actum est verbis, quae uncis in hac editione sunt inclusa, liciter obtegere studuit, et multo etiam turpius grandem m Scaligeri acumen 1, 2, 8, animadvertit suis celavit comitis, ita sarciret quas relictas videret litteras *σχ...ν ὡς εἰν*, id est *σχεδὸν ὡς εἰπεῖν οὐδ' ἐγίγνωσκον*. Quomodo

Polybius loquitur 1, 66, 10: *Ὅπερ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀρχηγὸν γίγνεται στάσεως·* 1, 67, 9: *Σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἔτι τοῦ πρόσθεν ἀδυνατώτερον·* 3, 49, 7: *Δυσέμβολα καὶ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν ἀπρόσιτα·* 5, 31, 6: *Ἐπεὶ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν μεγίστῃ τῶν προγεγονότων ἐπιβολῇ κεχρήμεθα τῆς ἱστορίας.* Nam ipso illo *σχεδὸν* hic etiam propterea vel maxime est opus, quod non omnino verum est, ut iam Reiskius animadvertit, Macedonibus, saepius cum Gallis congressis, ignotas fuisse gentes Europae occidentalis.

Non improbabilis videtur coniectura simili modo natum esse quod 1, 37, 5: *Πολλὰ γὰρ τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυραμένων μὴ πλεῖν παρὰ τὴν ἔξω πλευρὰν τῆς Σικελίας... οὐδενὶ προσσχόντες τῶν λεγομένων ἔλαθον ἔξω πελάγιοι, σπουδάζοντές τινας τῶν ἐν τῷ παράπλῳ πόλεις.. καταπληξάμενοι προσλαβέσθαι*, omnes quidem intellexerunt ferri non posse, sed addito post *πελάγιοι*, ut Scaliger et qui etiam *ἐξωσθέντες* proposuit Reiskius voluerunt, ambo rectius et probabilius posituri *γενόμενοι*, ulterius potius depravari sentiens Schweighaeuserus multo minus ipse protulit quod probari posset *ἤλαυνον* vel *ἤλασαν*. Recte ad sententiam et facilius *ἔπλεον* Naberus. At siquis hic quoque correctorem, qui nihil nisi litteras obscuras *ἔθ.ον* cernens ex iis *ἔλαθον* faceret, agnoscat, facile restituitur *ἔθεον*, ut saepius ipse Polybius dixit *τρέχειν* de navigantibus, *θεῖν* post Homerum Xenophon et alii. Nam imperfecto hic opus propter sequentia.

His superest ut addam paucorum quorundam de plurimis locorum quos quantumvis corruptos intactos reliqueram correctiones. 1, 37, 8: *Καθόλου δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ' ἀνάγκην ἐπιτελεῖν καὶ μηδὲν ἀδύνατον εἶναι σφίσι τῶν ἅπαξ δοξάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμήν, ἐν τισὶ δὲ προφανῶς σφάλλονται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γῆς πρὸς ἀνθρώπους καὶ τὰ τούτων ἔργα ποιούμενοι τὰς ἐπιβολὰς τὰ μὲν πολλὰ κατορθοῦσι διὰ τὸ πρὸς παραπλησίους δυνάμεις χρῆσθαι τῇ βίᾳ, ποτὲ δὲ καὶ σπανίως ἀποτυγχάνουσι· πρὸς δὲ τὴν θάλατταν καὶ πρὸς τὸ περιέχον ὅταν παραβάλλωνται καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιπίπτουσιν.*

Quum non solum supervacuum, sed etiam perversum sit illatum post *ποτὲ* adverbium *σπανίως*, idemque ne verum quidem de Romanis haud raro victis et fusis fugatisque et prope ad interneciomem caesis, ut ipse fatetur Polybius 9, 3, 6: *Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀπιστήσαι πῶς Ῥωμαῖοι, πολλαῖς μὲν ἡττημένοι μάχαις ὑπὸ Καρχηδονίων, οὐ τολμῶντες δὲ κατὰ πρόσωπον ἔτι συγκαθίστασθαι τοῖς ὑπεναντίοις, ὅμως οὔτ' εἴκειν οἷοί τ' ἦσαν οὔτ' ἐκχωρεῖν τῶν ὑπαίθρων*; et Dionysius A. R. 2, 6: *Πολλαὶ ἐν γῇ στρατιαὶ Ῥωμαίων ἀπώλοντο πανώλεθροι, πολλοὶ δ' ἐν θαλάττῃ στόλοι διεφθάρησαν αὖτανδροι* et quae sequuntur: Polybium scripsisse coniicio *ποτὲ δὲ καὶ πάντως ἀποτυγχάνουσι*, ut vicissim 10, 3, 7: *Περιγενομένης δ' αὐτῷ τῆς ἐπ' ἀνδρείᾳ φήμης ὁμολογουμένης διὰ τὴν προειρημένην χρείαν, λοιπὸν ἤδη πάντως αὐτὸν ἐδίδου κατὰ τοὺς ὕστερον καιροὺς εἰς τὰς κατ' ἰδίαν κινδύνους, ὅταν (ὅτ') εἰς αὐτὸν ἀναρτηθεῖεν ὑπὸ τῆς πατρίδος αἱ τῶν ὅλων ἐλπίδες· ὅπερ ἴδιόν ἐστιν οὐ τῇ τύχῃ πιστεύοντος, ἀλλὰ νοῦν ἔχοντος ἡγεμόνος*, ubi *πάντως* omnem pervertit sententiam, restitui necessarium hic *σπανίως αὐτὸν ἐδίδου*, ut c. 13, 1 dicit: *Ὁ δὲ Πόπλιος ἐδίδου μὲν αὑτὸν εἰς τὸν κίνδυνον, ἐποίει δὲ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἀσφαλῶς.*

Libro 4, 62, 1: *Καὶ τὸν τέριτον ἐπιπορευόμενος τὸν κατὰ τὴν Πιερίαν ἔφθειρε καὶ λείας περιβαλόμενος πλῆθος ἐπανῆγε*, scribendum *τόν τε σῖτον*, ut vidit Kirchhofius in Herme Berol. vol. 2, p. 471.

Libro 11, 21, 4, pro *τῇ δὲ παρὰ τῶν καταβαινόντων ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἱππεῦσιν εὐχειρίᾳ*, legendum *τῇ δὲ τῶν παρακαταβαινόντων τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἱππεῦσιν* coniecit G. Michael Dissert. de ratione qua Livius in tertia decade opere Polybiano usus sit, Bonn. 1867, p. 78, idemque p. 72 libro 10, 26, 4, *γονεῖς* pro *υἱεῖς* ex Livii 27, 31, 5, *parentibus*.

Libro 26, 2, 11: *Εἰ δὲ βούλονται γίγνεσθαι σφίσι τὰ ἀγγελλόμενα καὶ μηδένα καταφρονεῖν τῶν γραφομένων, τροφὴν ποιήσασθαι παρεκάλει τοῦ μέρους τούτου τὴν ἐχομένην. εἰ δὲ μή, σαφῶς εἰδέναι διότι τἀναντία συμβαίνεται ταῖς ἐπινοίαις αὐτῶν· ὃ καὶ νῦν ἥκει γενόμενον* (vel *γόμενον*). Non solum *εἰδέναι δεῖν ὅτι* vel *διότι* scribendum,

ut saepius dicitur *εἰδέναι χρή*, sed etiam *ἥκει γενόμενον*, quod nihili, corrigendum *ἤδη γεγονέναι*.

Libro 29, 9, 13: *Καὶ γὰρ ἡ τοῦ τότε βασιλεύοντος μεγαλοψυχία δῆλος ἐγένετο τοῖς Ἕλλησι*, scribendum *διάδηλος*, ut dixi praef. ad Diod. vol. 4, p. XII.

Libro 38, 2, 9: *Τὸ δὲ ἔθνος, καθάπερ ἐν παροιμίᾳ ἔφη, οὐ μόνον τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ παρὰ Ῥωμαίων ἐδέχοντο τῇ λαιᾷ χειρί*, ubi neque *ἡ* pro *ἐν* neque *ἐστίν*, quae coniecerunt Ursinus et Schweigh., fert hiatus, qui tollitur restituto *φασίν*. Sed eodem loco multo gravius latere in praecedentibus vitium *καὶ λοιμῶν αἴτιοι τὸ δὲ ἔθνος* vidit Reiskius, cuius coniecturis praestat *καὶ λυμεῶνες τοῦ ἔθνους*, ut loquitur Diodorus 2, 55, 4.

Vol. 3, p. 371, 23. Add. 2. — 376, 32. L. *τοῦ*. — 377, 8. Add. 19. — 27. 35] L. 25. — 380, 9. *παρειληφότος*] L. *εἰληφότος*. — 438, 25. *κληθείς*] L. *ὀνομασθείς*. — 487, 4. *βυρσῶν*] L. *θυρεῶν*.

Vol. 4, p. 16 inscr. XXIX] L. XXXI.

ARGUMENTUM LIBRI TRIGESIMI PRIMI.

Cap. I. (Ol. 153, 3. A. Urb. 589.) Cretensium bellum intestinum. Rhodii denuo petunt societatem Romanorum. Sed frustra.
Cap. II. Libertas conceditur Gallograecis.
Cap. III. Pompam magnificam ducit Antiochus.
Cap. IV. Ludos celebrat.
Cap. V. Tiberium Gracchum legatum excipit.
Cap. VI. (Ol. 153, 4. A. Urb. 590.) Legatio Rhodiorum et Achaeorum. Prusiae legatio adversus Eumenem Gallograecis favent Romani.
Cap. VII. Deprecantur Rhodii. Societas iungitur cum Rhodiis.
Cap. VIII. Achaei deprecantur pro exsulibus Romam evocatis. Iniquum responsum senatus. Non remittuntur exsules. Charopis et Callicratis insolentia.
Cap. IX. Gracchus Cammanos subigit. Attalus et Athenaeus respondent calumniis Prusiae. C. Sulpicius, M. Sergius, legati in Graeciam et Asiam.
Cap. X. C. Sulpicius acerbe agit cum Eumene.
Cap. Xa. Hunc eo impensius complectuntur Graeci.
Cap. XI. Dianae templum in Elymaide. Tabae oppidum Persidis. Mors Antiochi Epiphanis.
Cap. XII. Demetrius obses Romae petit a senatu ut in regnum Syriae restituatur. Eius postulatum negat senatus. Cn. Octavius legatus in Asiam et in Macedoniam et ad Ariarathem.
Cap. XIII. M. Iunius, Cn. Octavius, legati. Trocmi.
Cap. XIV. (Ol. 154, 1. A. Urb. 591.) Ariarathes succedit patri. Amicitiam renovat cum Romanis.
Cap. XV. Eorum amicitia laetatur. Ossa matris et sororis repetit a Lysia.
Cap. XVa. Artaxias, hortationibus Ariarathis obtemperans, a facinore quodam abstinet.
Cap. XVI. Rhodiorum legatio Romam.
Cap. XVII. Calynda Rhodiis sese tradit.
Cap. XVIIa. Rhodii ab Eumene dona accipiunt. De quo vitu perat eos Polybius.
Cap. XVIII. (Ol. 154, 2. A. Urb. 592.) Aegypti regnum interduo fratres divisum. Canuleius et Quintus legati. Astuta senatus consilia. T. Torquatus et Cn. Merula legati.

Cap. XIX. Cn. Octavii caedes. Demetrius deliberat cum Polybio. Non huius sequitur consilium.
Cap. XX. Diodorus educator Demetrii. Menyllus legatus Ptolemaei senioris, adiuvat Demetrium.
Cap. XXI. Apollonius Apollonii filius. Fugam parat Demetrius. Polybius aeger. Demetrius bibax. Monita Polybii.
Cap. XXII. Venatum exire se simulat Demetrius. Ostiae conscendit navem.
Cap. XXIII. Sero comperta fuga. Legatos in Asiam decernit senatus. Demetrius in Lycia.
Cap. XXIV. Cato queritur de luxu Romanorum.
Cap. XXV. Cyprum petit Ptolemaeus Physcon. T. Torquatus, Cn. Merula, legati.
Cap. XXVI. Cypro cedere non vult Philometor. Physcon ad Apin in Libya. Desciscunt ab eo Cyrenaei. Catabathmus magnus. Tetrapyrgia. Vincitur a Cyrenaeis Ptolemaeus.
Cap. XXVII. Legati Romani re infecta redeunt. Comanus et Ptolemaeus fratres.
Cap. XXVIII. Peraeae incolarum delirium. — Brevius fragmentum.

ARGUMENTUM LIBRI TRIGESIMI SECUNDI.

Cap. I. (Ol. 154, 3. A. Urb. 593.) Legati Ptolemaeorum Romae. Decretum senatus. P. Apustius, C. Lentulus, legati.
Cap. II. Lis de Emporiis circa Syrtin inter Masinissam et Carthaginienses. Romanorum iudicium iniquum. Aphtheratus. Emporia amittunt Poeni.
Cap. III. Legationes Romam mittunt reges Asiae. Prusias et Eumenes. Ariarathes.
Cap. IV. Demetrius a Romanis rex appellatur. Ei favet Tib. Gracchus. Isocrates criticus.
Cap. V. (Ol. 154, 4. A. Urb. 594.) Ariarathis legatio. Attalus Romam venit.
Cap. VI. Legatio Demetrii senatui tradens interfectorem Cn. Octavii et Isocratem grammaticum, eique coronam offerens. Coronam solam, non viros adductos accipit senatus. Isocrates grammaticus.
Cap. VII. Leptines fanaticus. Isocrates, horridum Romae spectaculum. Spes non fefellit Leptinem. Responsum senatus. Legatio Achaeorum libertatem petens exsulum.
Cap. VIII. Aemilii Pauli abstinentia.
Cap. IX. Scipionis Aemiliani matura gloria. Eius notitia cum Polybio. Eiusdem ad Polybium oratio.
Cap. X. Huius responsum. Inter eos amicitia.
Cap. XI. Virtutes iuvenis Scipionis. Luxuria iuvenum Romanorum post bellum Persicum. Scipionis modestia et continentia. Liberalitas et abstinentia.

Cap. XII. Mors Aemiliae. Matronarum pompae. Mater Scipionis. Hunc matronae laudant.
Cap. XIII. Eius liberalitas in amitas. Lex Romana de dote. Tib. Gracchus et Scipio Nasica generi Scipionis maioris. Liberalitatem Scipionis minoris mirantur.
Cap. XIV. L. Aemilii obitus. Scipionis liberalitas in fratrem Fabium. Sumptus muneris gladiatorii. Liberalitas in sorores. Eiusdem continentia.
Cap. XV. Fortitudinis exercitatio, venatio. Polybius venationis socius Scipioni.
Cap. XVI. Hunc de Scipione narrationis excursum explicat Polybius.
Cap. XVII. (Ol. 155, 1. A. Urb. 595.) Delii in Achaiam migrant. Res repetunt ab Atheniensibus.
Cap. XVIII. (Ol. 155, 2. A. Urb. 596). Issensium et Daorsorum legatio Romam missa. Queruntur de Dalmatis. C. Fannius legatus. Dalmatae.
Cap. XIX. (Ol. 155, 3. A. Urb. 597.) Fannius male acceptus a Dalmatis. His bellum indicitur.
Cap. XX. Ariarathes ab Oroferne ope Demetrii regno pulsus Romam venit. Sext. Iulius consul. Demetrii legati. Orofernes rex Cappadociae. Bacchicam lasciviam invehit.
Cap. XXa. Lycisci, hominis turbulenti mors honesta Aetoliam ex turbis eruit.
Cap. XXI. Lyciscus Aetolus. Mnasippus Boeotus. Chremias Acarnan. Charops Epirota. Huius nequitia. Myrto et Nicanor socii Charopis. Mater adiutrix saevitatis.
Cap. XXII. Phoenice oppidum Epiri. Romam abit Charops. Falsum senatusconsultum effingit.
Cap. XXIII. Eumenis elogium. Attalus restituit Ariarathem.
Cap. XXIV. (Ol. 155, 4. A. Urb. 598.) Legati ex Phoenice Epiri. C. Marcius Cos.
Cap. XXV. Attalus victus a Prusia. In templa furit Prusias. Elaea. Thyatira. Hieracome. Apollo Cyrius Temni.
Cap. XXVI. Athenaeus frater Attali Romam legatus. Legati Romanorum in Asiam.

ARGUMENTUM LIBRI TRIGESIMI TERTII.

Cap. I. (Ol. 156, 1. A. Urb. 599.) Auditur Athenaeus frater Attali. Legati mittuntur in Asiam. Achaeorum legati de ...nissione evocatorum.
(II. Eorundem nova legatio Romam missa.
(III. Archias praefectus Cypri, insulam Demetrio prodere atur. Deprehensus suspendio vitam finit. Vani vana ıtant.
(IV. (Ol. 156, 2. A. Urb. 600.) Massiliensium legatio. eruntur de Liguribus.

Cap. V. Q. Opimius consul. Ptolemaeus iunior accusat fratrem. Restituitur in Cyprum.
Cap. VI. Bellum inter Attalum et Prusiam dirimere student Romani.
Cap. VII. Romanos legatos violant Ligures. Vulneratur Flaminius. Opimius consul.
Cap. VIII. Bellum cum Oxybiis et Deciatis. Proelio vincuntur illi et Opimio se tradunt omnes.
Cap. IX. Aristocrates praetor Rhodiorum.
Cap. X. Ariarathes et Mithridates socii Attali. Romani legati amicitiam renunciant Prusiae.
Cap. XI. Athenaeus frater Attali classis praefectus. Novi legati Romani. Pax Attali cum Prusia.
Cap. XII. Prienenses pecuniam depositam ab Oroferne tradere nolunt Ariarathi. Eos Ariarathes cum Attalo vexat. Antiphanes Bergaeus.
Cap. XII a. Ad Graecas res reversus de Oropo ab Atheniensibus vastata narrat Polybius.
Cap. XIII. (Ol. 156, 3. A. Urb. 601.) Achaei frustra petunt dimissionem evocatorum.
Cap. XIV. Demetrius ebriosus. Ei opponitur Alexander Balas. Rhodiorum legatio de bello Cretico.
Cap. XV. Cretenses et Rhodii auxilia petunt ab Achaeis. Variae in concilio Achaeorum sententiae. Antiphanes Cretensis. Telemnastus. Callicrates.
Cap. XV a. Rhodii ad incitas redacti mala consilia capiunt.
Cap. XVI. (Ol. 156, 4. A. Urb. 602.) Attalus Eumenis filius Romae; Demetrius Ariarathis; Alexander Balas et Laodice cum Heraclide in senatum introducti. Alexander opem impetrat adversus Demetrium.
Cap. XVII. Fragmenta minora.

ARGUMENTUM LIBRI TRIGESIMI QUARTI.

Cap. I. Geographica Polybius peculiari libro Historiarum suarum complexus est. Argumentum huius libri.
Cap. II. Homerus ficta cum veris connectit. Aeolus, Danaus, Atreus. Res veras poetice expressit. Thynni pisces.
Cap. III. Venatio xiphiae piscis. Scylla et Charybdis.
Cap. IV. Tres partes poeseos. Homeri poesis est scriptio philosophica. A freto Siculo sibi caverunt veteres.
Cap. V. Contra superiores scriptores geographicos disputat Polybius. Primum contra Pytheam. Thule insula. Pulmo marinus. Pytheae fidem non habet Polybius.
Cap. VI. Contra Dicaearchum de distantia a Peloponneso ad fretum Herculis.
Cap. VII. Contra Eratosthenem de longitudine Hispaniae, de

Gallis in Hispania. De longitudine Europae et de eius promontoriis.
Cap. VIII. Thynnus glande vescitur. Lusitaniae felix temperies.
Cap. IX. Turdetani et Turduli, Hispaniae populi. Celtae. Columnae. Fons singularis natura Gadibus. Argentea metalla. Glebae amnibus devectae. Luxuria regis Hispani.
Cap. X. Pisces sub terra. Rhodani ostia. Corbilo emporium. Alces in Alpibus. Alpium magnitudo et altitudo. Earum transitus. Lacus in Alpibus.
Cap. XI. Vinum arbustivum. Iter ab Apulia ad fretum. Etruriae longitudo. Crater. Opici et Ausones. Sila. Lacinium. Crateres in Hiera insula.
Cap. XII. Haemus mons. Via Ignatia. Peloponnesi ambitus.
Cap. XIII. Mensura distantiarum.
Cap. XIV. De Alexandria Aegypti. Tria genera incolarum. — Varia Fragmenta Latina.

ARGUMENTUM LIBRI TRIGESIMI QUINTI.

Cap. I. (Ol. 157, 1. A. Urb. 603.) Igneum bellum adversus Celtiberos.
Cap. II. Marcellus in Hispania. Legatio Bellorum et Tittorum. Oratio sociorum. Aravacarum legatio. Eorum oratio.
Cap. III. Marcelli virtuti diffidit senatus. A. Postumius, L. Licinius Lucullus Coss.
Cap. IV. Romana iuventus timet bellum. Scipio ad pericula se offert.
Cap. V. Eius certamen singulare cum Hispano.
Cap. VI. (Ol. 157, 2. A. Urb. 604.) Catonis dictum de Achaeis. Achaici exsules liberantur a senatu Romano.

ARGUMENTUM LIBRI TRIGESIMI SEXTI.

Cap. I a. Polybii ratio conciones et colloquia politicorum virorum tractandi.
Cap. I b. Ad inferendum Carthaginiensibus bellum Romani speciosum expiscantur praetextum.
Cap. I. (Ol. 157, 3. A. Urb. 605.) Belli Punici tertii primordia. Uticenses Romanis se tradunt. Carthaginiensium legati Rom. Res suas Romanis tradunt.
II. Quid sit tradere se Romanis. Senatus respondet letis Carthaginiensium. Illi redeunt Carthaginem.
III. Magonis Bruttii oratio. Obsides mittunt Poeni. Q. Fabius Maximus praetor Siciliae.
IV. Romani ad Uticam. Magnae opes Carthaginis.

Cap. V. Stupor ac furor Poenorum, audito responso Romanorum.
Cap. VI. Scipionis virtus in Africa. Dictum eiusdem. Catonis dictum de Scipione.

ARGUMENTUM LIBRI TRIGESIMI SEPTIMI.

Cap. I a. Hominum sententiae diversae. De Romanis bellum Punicum tertium suscipientibus et de Pseudophilippi bello. Ad Carthaginienses quod attinet, alii Romanos sapientia et politica egisse dicebant.
Cap. I b. Alii contra superba et iniqua; hi a civili ipsorum instituto eos descivisse aiebant.
Cap. I c. Illi vero necessitatis causam eis suggerebant.
Cap. I d. In Graecia res Pseudophilippi miracula habentur et vix fidem inveniunt.
Cap. I. (Ol. 157, 4. A. Urb. 606.) Ex historia belli Macedonici tertii contra Pseudophilippum. Museum Macedoniae locus.
Cap. I e. Polybius a M. Manilio ex Achaia Lilybaeum arcessitus.
Cap. I f. Quomodo de se ipso loquatur explicat Polybius.
Cap. I g. Callicratis statuae abiectae, Lycortae autem restitutae.
Cap. I h. Legatio Romanorum ad pacem inter Prusiam et Nicomedem componendam.
Cap. II. Prusiae mores et ingenium. Subditorum animos a se abalienaverat.
Cap. III. Masinissae obitus et elogium. Corporis vigor. Eius filii. In agriculturam eiusdem merita. Scipio Cirtae res constituit. Simplex victus Masinissae.
Cap IV. Quarum rerum causas non intelligunt homines, ad deum aut fortunam referre amant. Quarum autem causas intelligere licet, hae ad deos referendae non sunt, quod tamen saepius fit. Hominum paucitas in Graecia aetate Polybii. Huius rei causas et remedium invenire haud difficile. Prodigiosum vero Macedonum fatum irae deorum imputandum videtur.

ARGUMENTUM LIBRI DUODEQUADRAGESIMI.

Cap. I a. Prooemium libri de infortunio Graeciae. Calamitas Graecorum his in temporibus Carthaginiensium calamitate maior etiam videtur.
Cap. I b. Antiquiores Graeciae calamitates praesentibus non comparandae.
Cap. I c. Idem.

Cap. I d. Acerbitatis in his scribendis accusationem repellit Polybius. Omni rei veritatem anteferre debet historicus. Polybii erga Graecos merita.
Cap. I. (Ol. 158, 1. A. Urb. 607.) Aurelius legatus redit ex Achaia. Sext. Iulius Caesar legatus ad Achaeos. Leniter cum eis agit senatus.
Cap. II. Sext. Caesar agit cum Achaeis. Diaeus et Critolaus, pestes gentis. Achaeorum responsum.
Cap. III. Tegeam pergit Sextus. Decipitur a Critolao, qui ad odium Romanorum Achaeos concitat.
Cap. IV. Q. Caecilius praeses Macedoniae legatos mittit ad Achaeos. Legati Romani eiiciuntur concione. Critolaus insolens in Romanos ad bellum concitat Achaeos.
Cap. V. Idem.

ARGUMENTUM LIBRI UNDEQUADRAGESIMI.

Cap. I a. Ex prooemio libri. Rerum narrationem consulto variat Polybius. Natura nulla in re constans et perpetua. Omnes sensus varietate gaudent: multo magis et animus.
Cap. I b. Eadem narrandi ratione usi sunt veteres historici. Huius rei exemplum. Polybii in historiis institutum.
Cap. I. (Ol. 158, 1. A. Urb. 607.) Asdrubal dux Poenorum. Gulussa, rex Numidarum. Huius cum Asdrubale colloquium.
Cap. II. Gulussa et Scipio. Huius mandata ad Asdrubalem. Scipio portam Carthaginis subfodit. Polybii consilium huic datum. Scipionis responsum.
Cap. III. (Ol. 158, 2. A. Urb. 608.) Asdrubal ad genua accidit Scipioni.
Cap. III a. Huius verba ad praesentes de Asdrubale. Transfugae aliquot muro conscenso maledictis incessunt Asdrubalem. Sua quoque ei insultat uxor. Magni viri est prae oculis in felicitate habere fortunae volubilitatem. Carthaginis ruinam deflet Scipio.

ARGUMENTUM LIBRI QUADRAGESIMI.

Cap. I. (Ol. 158, 2. A. Urb. 608.) Pytheas Thebanus altera fax belli. Bellum Achaicum.
Cap. II. Obit Critolaus praetor Achaeorum. Diaeus praetor [illegible]os liberat. Pecuniam ac milites imperat Achaeis.
C[illegible]III. Occaecati Achaei. Elei et Messenii. Patrensium [illegible]es et desperatio. Graeciae summa perturbatio. Thebani [illegible]rbe profugiunt.
C[illegible]III a. Vani vana ratiocinantur: proverbium.
C[illegible] IV. Metellus offert conditiones pacis. Respuit pacem [illegible]eus. Huius sodales.

Cap. V. Necant Sosicratem propraetorem. Andronidas pretio se redimit. In Philinum saevit Diaeus. Perierant Achaei ni cito periissent.

Cap. VI. Aulus Postumius Albinus Graecarum litterarum ridicule studiosus. Catonis de eo iudicium. Reliqua Albini vanitas.

Cap. VII. Contemptus artium in eversione Corinthi.

Cap. VII a. Philopoemenis statuae conservatae in Graeciae urbibus.

Cap. VIII. Eidem decretos honores deleri non patiuntur Mummius et decem legati Romani. Philopoemenis gloriam apud consulem legatosque Romanos defendit Polybius. Cuius rei causa ipsi statuam e marmore ponunt Achaei.

Cap. IX. Diaei bona sub hasta venduntur. Polybii abstinentia.

Cap. X. (Ol. 158, 3. A. Urb. 609.) Eiusdem in Achaeos merita. Per mandata decem legatorum singulas urbes obit controversiasque diiudicat.

Cap. XI. Mummii integritas et indulgentia.

Cap. XII. Ptolemaei Philometoris mors et elogium.

Cap. XIII. Confectis mandatis Romam revertitur Polybius. Romanis bene precatur.

Cap. XIV. Historiarum epilogus. Universi argumenti summarium. Nunc superest ut tempora his historiis comprehensa, numerus librorum et universi operis series exponantur.

Polybii reliqua fragmenta.

FRAGMENTA LIBRI XXXI.

Ὅτι ἐξεπολέμησαν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Κνώ- 1
σιοι μετὰ Γορτυνίων πρὸς τοὺς Ῥαυκίους, καὶ συν-
θήκας ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους ἐνόρκους μὴ πρότε-
ρον λύσειν τὸν πόλεμον πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἑλεῖν
τὴν Ῥαῦκον. οἱ δὲ Ῥόδιοι, κομισάμενοι τὰ περὶ τῶν 2
Καννίων, καὶ θεωροῦντες οὐ καταλήγουσαν τὴν ὀρ-
γὴν τῶν Ῥωμαίων, ἐπειδὴ περὶ πάντων ἀκολούθως
ταῖς ἀποκρίσεσιν ἐπειθάρχησαν, εὐθέως τοὺς περὶ
Ἀριστοτέλην πρεσβευτὰς καταστήσαντες ἐξέπεμπον
εἰς τὴν Ῥώμην, δόντες ἐντολὰς πειράζειν πάλιν περὶ
τῆς συμμαχίας. οἳ καὶ παραγενηθέντες εἰς τὴν Ῥώ- 3
μην θερείας ἀκμαζούσης εἰσῆλθον εἰς τὴν σύγκλητον,
καὶ παραυτίκα περὶ τοῦ πεπειθαρχηκέναι τὸν δῆμον
τοῖς ἐπιταττομένοις διεσάφουν, καὶ παρεκάλουν ὑπὲρ
τῆς συμμαχίας, πολλοὺς καὶ ποικίλους διατιθέμενοι
λόγους. ἡ δὲ σύγκλητος ἔδωκεν ἀπόκρισιν, ἐν ᾗ τὴν 4
μὲν φιλίαν παρεσιώπησε, περὶ δὲ τῆς συμμαχίας οὐκ
ἔφη καθήκειν αὐτῇ τοῦτο συγχωρεῖν Ῥοδίοις κατὰ
παρόν.

Ὅτι τοῖς παρὰ τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας Γαλατῶν πρεσβευ- 2
τὰς συνεχώρησαν τὴν αὐτονομίαν μένουσιν ἐν ταῖς
ταις κατοικίαις καὶ μὴ στρατευομένοις ἐκτὸς τῶν
ων ὅρων. [Exc. de legat. p. 173—174.]

3 Ὁ Ἀντίοχος, ἀκούσας τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συν-
τετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου τοῦ
Ῥωμαίων στρατηγοῦ, βουλόμενος τῇ μεγαλοδωρίᾳ
ὑπεραῖραι τὸν Παῦλον, ἐξέπεμψε πρέσβεις καὶ θεω-
ροὺς εἰς τὰς πόλεις καταγγελοῦντας τοὺς ἐσομένους
ἀγῶνας ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Δάφνης, ὡς πολλὴν γενέσθαι
2 τῶν Ἑλλήνων σπουδὴν εἰς τὴν ὡς αὐτὸν ἄφιξιν. ἀρ-
χὴν δ' ἐποιήσατο τῆς πανηγύρεως τὴν πομπείαν, οὕ-
3 τως ἐπιτελεσθεῖσαν. καθηγοῦντό τινες Ῥωμαϊκὸν
ἔχοντες καθοπλισμὸν ἐν θώραξιν ἀλυσιδωτοῖς, ἄν-
δρες ἀκμάζοντες ταῖς ἡλικίαις πεντακισχίλιοι. μεθ'
4 οὓς Μυσοὶ πεντακισχίλιοι. συνεχεῖς δ' ἦσαν Κίλικες
εἰς τὸν τῶν εὐζώνων τρόπον καθωπλισμένοι τρισχί-
5 λιοι, χρυσοῦς ἔχοντες στεφάνους. ἐπὶ δὲ τούτοις
Θρᾷκες τρισχίλιοι καὶ Γαλάται πεντακισχίλιοι. τού-
τοις ἐπέβαλλον Μακεδόνες δισμύριοι καὶ χαλκάσπι-
δες πεντακισχίλιοι, ἄλλοι δ' ἀργυράσπιδες, οἷς ἐπη-
κολούθει μονομάχων ζεύγη διακόσια τετταράκοντα.
6 τούτων κατόπιν ἦσαν ἱππεῖς Νισαῖοι μὲν χίλιοι, πο-
λιτικοὶ δὲ τρισχίλιοι, ὧν οἱ μὲν πλείους ἦσαν χρυσο-
φάλαροι καὶ χρυσοστέφανοι, οἱ δ' ἄλλοι ἀργυροφά-
7 λαροι. μετὰ δὲ τούτους ἦσαν οἱ λεγόμενοι ἑταῖροι
ἱππεῖς· οὗτοι δὲ ἦσαν εἰς χιλίους, πάντες χρυσοφά-
λαροι. τούτοις συνεχὲς ἦν τὸ τῶν φίλων σύνταγμα,
8 ἴσον καὶ κατὰ τὸ πλῆθος καὶ κατὰ τὸν κόσμον. ἐπὶ
δὲ τούτοις ἐπίλεκτοι χίλιοι· οἷς ἐπηκολούθει τὸ κα-
λούμενον ἄγημα, κράτιστον εἶναι δοκοῦν σύστημα
9 τῶν ἱππέων, περὶ χιλίους. τελευταία δ' ἦν ἡ κατά-
φρακτος ἵππος, οἰκείως τῇ προσηγορίᾳ τῶν ἵππων
καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐσκεπασμένων τοῖς ὅπλοις· ἦσαν δὲ
10 καὶ αὐτοὶ χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. πάντες δ' οἱ προ-
ειρημένοι εἶχον πορφυρᾶς ἐφαπτίδας, πολλοὶ δὲ καὶ

διαχρύσους καὶ ζωωτάς. ἐπὶ δὲ τούτοις ἕξιππα μὲν 11
ἦν ἑκατόν, τέθριππα δὲ τετταράκοντα, ἔπειτα ἐλε-
φάντων ἅρμα καὶ συνωρίς· καθ' ἕνα δὲ εἵποντο ἐλέ-
φαντες διεσκευασμένοι τριάκοντα καὶ ἕξ. τὴν δ' ἄλ- 12
λην πομπὴν λέγειν ἐστὶ δυσέφικτον, ὡς ἐν κεφαλαίῳ
δὲ λεκτέον. ἔφηβοι μὲν γὰρ ἐπόμπευσαν εἰς ὀκτακο-
σίους, χρυσοῦς ἔχοντες στεφάνους, βόες δ' εὐτρεφεῖς
περὶ χιλίους, θεωρίδες δὲ βραχὺ λείπουσαι τριακοσίων,
ἐλεφάντων δ' ὀδόντες ὀκτακόσιοι. τὸ δὲ τῶν ἀγαλ- 13
Scopa Macedoniam devastant, et Dium diruunt cremantque, 62; dein praetore Dorimacho Epirum devastant, et templum Dodonaeum cremant, 67; socios non minus quam hostes spoliant, 79, 3. In Aetoliam denuo expeditionem suscipit Philippus, et Thermum devastat, ubi conventum agere Aetoli consueverant, V, 6 seqq. Per Rhodiorum et Chiorum legatos Philippum sociosque Rhium ad colloquium invitant, sed ipsi ad diem non assunt, V, 28 seq. Agetas praetor Acarnaniam et Epirum incursat, etc. V, 91, 1, et c. 96. Naupactum congregati pacem faciunt cum Philippo sociisque, et finis imponitur Bello Sociali, V, 103—105. In Aetoliam profugit Lycurgus, rex Spartae, V, 29, 8 seq. Aetolis intercedentibus Ptomaeus Philopator Antiochum legationibus differt, V, 63, 5; 91, 1. Lacedaemonios ad suas et Romanorum partes trahere student contra Philippum, IX, 28 seqq. Soli olim contra Antipatrum oculos attollere ausi erant; soli restiterant Brenno, IX, 30, 3. Cum Romanis et Attalo arma sociant contra Philippum et Achaeos, IX, 30, 7 seqq. X, 41, 1. Eius societatis conditiones, IX, 39, 3; XI, 6, 2 seqq.; XVIII, 21, 7 In ea se primos periculis o ici queruntur, Romanos in s sidiis stare, X, 23. Lega- t Rhodiorum in plurium le- g orum congressu (fortasse in A naeorum conventu), gravi o tione eos hortatur; ut bello a ersus Philippum et Graecos absistant, et Romanorum societati renuncient, XI, 5—7. Assiduitate belli et luxu obaerati, pace facta cum Philippo et Achaeis, Dorimachum et Scopam nominant ad novas leges et novas tabulas conficiendas, XIII, 1; Fragm. hist. 68. De pace cum Philippo facta vide ibid. et XV, 23, 8; XVII, 1, 14. XVIII, 21, 8. Lysimachenses, Calchedonios, Cianos, eorum socios Philippus post illam pacem ab hac societate abstraxit et sibi adiunxit, Cianos etiam in servitutem redegit, XV, 23, 7 seqq.; XVII, 3, 11 seq.; 4, 7. Naupacti cum iis de bello adversus Philippum redintegrando agunt legati Romanorum, XVI, 27, 4. Eorum praetor Phaeneas interest colloquio Philippi cum T. Quintio, XVII, 1, 4; 3, 1. Aetolicam et theatralem orationem ibi habet Alexander Isius Aetolus, XVII, 4, 1. Aetolorum mos lege sancitus spolium de spolio capiendi; qui Aetoliam prius ex Aetolia erant sublaturi quam illam legem abrogaturi, XVII, 4, 8; 5, 1 seq. Plerosque eorum non esse graecos contendit Philippus, XVII, 5, 8. Victo Philippo, non exspectatis Romanis, castra eius spoliant, XVIII, 10, 4. Eorum avaritiam, dominandi libidinem, et iactantiam odit T. Quintius; ipsi Quintium a Philippo corruptum suspicantur, XVIII, 17. Philippum prorsus regno eiectum volunt et oppida sibi petunt, quae eis negat Quintius XVIII, 19, 5 seqq.; 20, 11 seqq. Inde semina belli Ro-

manorum Aetolici et Antiochici, 22, 1 seq. Praetor eorum Alexamenus, XVIII, 26, 11. Carpunt senatusconsultum de pace Philippo data, XVIII, 28. In conventu Thermico cum eis agit Cn. Cornelius, unus e decem legatis T. Quintio adiunctis, XVIII, 31, 5 seqq. Irae suae indulgentes, Antiochum advocant adversus Romanos et Achaeos, III, 3, 3. Per Apocletos suos deliberant cum Antiocho, XX, 1, 1. Conf. Apocleti. Bellum eorum cum Romanis infelix, III, 3, 6. Capta a M. Acilio Heraclea, fidei Romanorum se permittunt, XX, 9. Consule durius cum eis agente bellum continuant, 10; legatos Romam mittunt, quibus anceps responsum dat senatus, XXI, 1, 3 seqq. Pro Aetolis apud Scipiones intercedunt Athenienses, et inducias sex mensium impetrant, XXI, 2 seq. et 6, 2. Quum non convenisset pax, mittitur adversus eos M. Fulvius consul; interim illi Amphilochiam, Aperantiam et Dolopiam recipiunt, a Philippo praereptas, XXII, 8. Capta Ambracia urbe, pacem iis dat Fulvius, XXII, 9—13: quae intercedentibus Atheniensibus Romae confirmatur, 14. Formula foederis, 15. Ad eos legati mittuntur belli Persici causa, C. Popillius et Cn. Octavius, XXVIII, 3, 2; 4, 1 seqq. In Aetolia post bellum Persicum civilium caedium omnia plena, XXX, 14. Tranquillitas restituitur mortuo Lycisco, XXXII, 20 a, et 1 seqq., 21, 1.

Afri, *Λίβυες*, Afri et Numidae. Semel victi bidui aut tridui viam solent recedere, I, 74, 7. Afros Romano more armat Hannibal, III, 87, 3; 114, 1. Macedonico more armati in exercitu Ptolemaei Philopatoris, V, 65, 8.

Africa, *ἡ Λιβύη*. Eo primum traiiciunt Romani Regulo et Manlio Coss., I, 29. Primi eorum in Africa successus, tum clades, 29—34. Africae populi, Poenis subiecti, ab eisdem deficiunt, et cum rebellibus mercenariis faciunt, I, 70, 9. Durissime tractati a Poenis tempore belli Siculi, I, 72. Ex Africa in Hispaniam, et ex Hispania in Africam milites mutui praesidii causa traiecit Hannibal, III, 33, 8 seqq. Res Africae et Italiae rebus Graecorum miscere coeptae, V, 104, 4. Africa una e tribus terrae partibus, inter Nilum et Columnas Herculis, III, 37, 2 et 5. In Aethiopia contingunt se Asia et Africa, 38, 1. Longitudo ditionis Poenorum in Africa, 39, 2 s. Africae fertile solum, XII, 3 s.: quanquam omnem arenosam, siccam et sterilem putaverat Timaeus, ibid. Animantium ibi quum domesticarum tum ferarum copia, XII, 3, 3 seqq. Totius longitudo XXXIV, 15, in fine fragm. lat. Alia de Africae geographia ibid.

Africanus iunior XXXV, 4, 7. Vid. Cornelius Scipio.

Africum Bellum, I, 70, 7. Vide Mercenariorum bellum cum Poenis.

Africus ventus, *λίψ*, X, 10, 1.

Agathagetus Rhodius suadet civibus ut iam inde ab initio belli Persici Romanis se ad-

iungant, XXVII, 6, 3; XXVIII, 2, 3.
Agatharchus, unus e filiis Agathoclis, Syracusarum regis, interfectus (ut ferebatur) ab avo Hippocratis et Epicydis, VII, 2, 4.
Agatharchus, legatus Hieronymi regis, Carthaginem missus, VII, 4, 1.
Agathoclea, meretrix, in potestate habuit Ptolemaeum Philopatorem, XIV, 11, 5; 12, 3; soror Agathoclis, invisa Alexandrinis post mortem Philopatoris, XV, 25, 8; 25 a, 9, 18; 26, 1—3. Macedonibus frustra ubera exserit, quibus puerum regem aluisse se ait, 31, 13; ad supplicium quaeritur, 32, 11; nuda cum sororibus et cognatis adducitur, et a populo discerpitur, 33, 7 seqq.
Agathocleae nomen Aristomenes filiae suae dedit, XV, 31, 9.
Agathocles e figulo rex Syracusarum, XII, 15, 6; XV, 35, 2. Eius mercenarii, origine Campani, vi potiuntur Messana urbe, I, 7. Africae partem sibi subiicere est conatus, XV, 35, 5. Eius temporibus in fide Poenorum manserat Utica, I, 82, 8. Acerba maledicentia eum persequitur Timaeus, contra cuius calumnias eum defendit Polybius, VIII, 12, 12; XII, 15. Siciliae tyrannus, initio regni saevissimus, dein clementissimus, IX, 23, 2; iudice Scipione in administratione rerum solertissimus et cum iudicio audacissimus, XV, 35, 6. Eius filius Agatharchus: vide suo loco.
Agathocles, Oenanthes filius, amicus Ptolemaei Philopatoris, XIV, 11, 1; cum Sosibio praeest administrationi rerum, V, 63, 1; XV, 34, 5 seq. Eius consilio Antiochus M. in Coelesyria legationibus differtur interim dum bellum parant Aegyptii, V, 63, 2 seqq. Dinonem Dinonis filium interficit, XV, 25 a seq. Falsi nominis tutor Ptolemaei Epiphanis, crapula, lascivia, et insolentia, odium in se et seditionem concitat Aegyptiorum, XV, 25; 25 a. Frustra Macedonum opem implorat, 26—32; in vincula abductus, confoditur ab amicis, ne ab inimicis cruciaretur, 33. Nulla virtute fuerat conspicuus, 34.
Agathynus Corinthius, Leucade cum navi in portu stans iuxta Illyriorum naves, violata fide ab eis capitur, V, 95, 3.
Agathyrna, Siciliae oppidum, IX, 27, 10 seq.
Agelaus Naupactius: per eum Scerdilaedus Illyrius societatem facit cum Aetolis, IV, 16, 10. Dorimachus praetor eum et Scopam Eleis suppetias mittit, V, 3, 1. Gravem orationem de pace habet, V, 103 extr. et seq.: quae oratio commovit Philippum et socios, 105, 1 seq.; 107, 5. Praetor creatur Aetolorum, mox vero ab eisdem reprehenditur ob pacem factam, 107, 5 seqq.
Agema Macedonicum, distinguitur a cetratis in exercitu Philippi, V, 25, 1; a cetratis pariter et a phalange in exercitu Ptolemaei Philopatoris, ubi Agema e tribus fere millibus constabat, V, 65, 1 seqq.; 84, 4. Validissimum habeba-

tur equitum corpus, XXXI, 3, 8.
Agepolis, Rhodiorum legatus ad Q. Marcium Philippum cos. et ad C. Marcium Figulum, classis praefectum, XXVIII, 14, 6; 15, 1 seqq. Romam legatus, XXIX, 4, 4 et c. 7; XXX, 4, 2.
Ager. Flaminii lex de dividendis agris, II, 21, 7 seq. Apud Lacedaemonios aequali modo inter cives distributus, VI, 45, 3; 48, 3: non item apud Cretenses, 46, 1.
Agesarchus Megalopolitanus, pater Ptolemaei, praefecti Aegypti, XV, 25 a, 10; XVIII, 38, 8.
Agesias, Achaeorum legatus in Macedoniam ad gratulandam ducibus Romanis victoriam de Perseo, XXX, 10, 3.
Agesilaus, rex Lacedaemoniorum; eius in Asiam transitus patefecit ignaviam Persarum, III, 6, 11. Commode Spartae auxilio venit, quum in eo esset ut caperetur ab Epaminonda, IX, 8, 6. Quaecunque ab eo gesta sunt, contraria erant sociali Graecorum rationi, 23, 7 seq.
Agesilaus alius iunior; filius Eudamidae, pater Hippomedontis, IV, 35, 13.
Agesilochus, Rhodiorum prytanis, monet cives suos ut cum Romanis spes suas iungant bello Persico, XXVII, 3, 3 seqq. Romam legatus, XXVIII, 2, 1; 14, 5 et 8. Legatus in Macedoniam ad L. Aemilium cos. et ad Perseum, XXIX, 4, 4.
Agesipolis, Agesipolidis filius, Cleombroti nepos, puer admodum, rex creatur Spartae post mortem Cleomenis; ei tutor datur Cleomenes, Cleombroti filius, patruus pueri, IV, 35, 10 seqq. Romam legatus missus capitur a piratis et occiditur, XXIV, 11, 1 seq.
Agesipolis, pater superioris, ibid.
Agesipolis, Dymaeus, bello captus ab Eleis, V, 17, 4.
Agetas, praetor Aetolorum, V, 91, 1; Acarnaniam et Epirum incursat, V, 96, 1 seq. Phanotensium urbem proditione capturus, suis artibus luditur, 96, 6.
Agminis Romani ratio, VI, 40.
Agminis coactores, *ὐφαγοί*, VI, 24, 2.
Agones, *Ἀγωνες*, populus Gallicus Cisalpinus, II, 15, 8: nisi legendum *Εὐγανεῖς* vel *Λίγωνες*. Conf. Aegones.
Agrai vel Agraei, populus Aetolicus, non Graecus, XVII, 5, 8. Iidem dicuntur Agrianes, in exercitu Antigoni Dosonis, II, 65, 2; in Philippi exercitu Antiochi adversus Ptolemaeum, V, 79, 6.
Agrigentum, *ὁ Ἀκράγας, ἡ τῶν Ἀκραγαντίνων πόλις*, urbs Siciliae; arx et horreum belli Poenorum, I, 17. Obsidetur a Romanis, ibid. et seqq., qui obsidentur ipsi ab Hannone, 18 seq. Capitur a Romanis, 19. Poeni urbem quidem praesidio tenuerant, sed cives libertate et legibus suis passi erant frui, II, 7, 7, coll. I, 43, 8. Tunc Galli mercenarii Poenorum, qui eam custodiebant, diripere urbem conati erant, sed eam servavit Alexo, ibid. et II, 7, 8. Receptum a Poenis bello Punico tertio, proditur Romanis: ea occa-

sione situs urbis et praestantia describitur, IX, 27. Colonia erat Rhodiorum, ibid. §8. Nominis origo, IX, 27, 1. Phalaridis taurum nunquam ibi exstitisse contendit Timaeus, XII, 25. Ἀκράγας fluvius, IX, 27, 1, 5.

Agrii, Ἄγριοι, iidem qui Agrai vel Agraei, si vera lectio, XXVI, 7, 1: ubi Σαρδῴους fortasse ex Livio scribendum pro Ἀγρίους.

Agrinium, oppidum Acarnaniae, V, 7, 7.

Agron, rex Illyriorum, Pleurati filius, II, 2, 4; pacta cum Demetrio, Philippi patre, mercede Medionios ab Aetolis obsessos adiuvat et magna clade afficit Aetolos, II, 2 seq.: inde laetitia elatus potui et comissationi indulget; unde in pleuritidem incidit, qua brevi tempore abripitur, II, 4. Ei mortuo in regnum succedit vidua Teuta, II, 4, 7.

Ala. Alae sociorum in exercitu Romano, VI, 26, 9. Ala (ἴλη) vel cohors regia Philippi, X, 42, 6. Amicorum ala; vid. Hetaeri.

Alabandenses, cives urbis Alabandorum in Caria, commeatus praebent Philippo, XVI, 24, 6: tamen eorum agrum diripit Philippus, ibid. 8. Orthosiam invadentes acie vincuntur a Rhodiis, XXX, 5, 15. Alabandensis Menedemus V, 79, 6.

Alba, urbs Italiae. Albam usque penetrant Galli cum exercitu, II, 18, 6. Ibi vitam finivit Philippus Persei filius, XXXVII, 1 d, 2.

Albinus. Vid. Postumius.

Alcaeus scite ridere consuevisse Isocratem grammaticum, XXXII, 6, 5.

Alcamenes Lacedaemonius occisus a factione Aetolica, IV, 22, 11.

Alcamenes, Diaei sodalis praetoris Achaeorum, XL, 4, 9.

Alces in Alpibus, XXXIV, 10, 8 seq.

Alcetas, Boeotorum praetor, XXIII, 2, 13.

Alcibiadis consilio Athenienses Chrysopolim tenentes portoria exegerunt a navigantibus in Pontum, IV, 44, 4.

Alcibiades Spartanus e veterum exsulum numero Romam legatus ingratus adversus Achaeos, XXIII, 4, 8; 11, 7 seq.; 12, 2 seq.; XXIV, 4, 3.

Alcithus, Xenophontis filius, legatus Achaeorum ad Ptolemaeum Philometorem, XXVIII, 10, 9; 16, 3.

Aletes, metallorum argenti in Hispania inventor, ut heros ab incolis colitur, X, 10, 11. Tumulus prope Novam Carthaginem ab eo denominatus, ibid.

Alexamenus, Aetolorum praetor, XVIII, 26, 11 seq.

Alexander, Philippi filius, rex Macedoniae. Usque ad eius regnum substitit foedus pristinum Achaeorum, II, 41, 6 et 9. Primi successores eius Seleucus, Ptolemaeus et Lysimachus, circa unum idemque tempus omnes e vivis excesserunt, II, 71, 5; conf. 41, 2. Eius traiectio in Asiam non erat causa, sed initium belli contra Persas, III, 6, 14. Philippi patris molitiones in rem suam contulit, XXII, 22 b, 4. Eius imperium in Asia remotissimas et parum cognitas

olim regiones patefecit itineratoribus, III, 59, 3. Eius severitatem in Thebanos exercitam (conf. V, 10, 6.) non imitatus est Philippus in Lacedaemonios, IV, 23, 8 et c. 24. A Thebanis et Persis poenas sumens a templis tamen et locis diis sacratis abstinuit, V, 10, 6. Eius merita in Graecos, IX, 34, 1 seqq. Ut de eius genere prognatus videretur sollicite laboravit Philippus Demetrii, V, 10, 10. Ab eo neglecta fuerat Artabazanis dynastia, V, 55, 9. Magna pars gloriae eius comitibus ipsius ac ministris debetur, VIII, 22, 7 seqq. Callisthenem assentatorem suum interfecit, XII, 12 c, 2. Eius pugnam cum Dario in Cilicia pugnatam imperite descripsit Callisthenes, XII, 17—22. Cum Dario in aperto potissimum campo bellum gessit, urbes raro exscidit aut perdidit, XVII, 3, 5.

Alexander, Acmeti filius, dux copiarum Antigoni in pugna adversus Cleomenem, Macedonibus chalcaspidibus praefectus, II, 66, 5.

Alexander alius, in eadem Antigoni acie equitatui praefectus, II, 66, 7; minus perite rem gerit quam iuvenis Philopoemen, 68, 1 seqq. Hic idem videtur esse atque ille Alexander, quem satellitio et custodiae corporis praepositum Philippo reliquit idem Antigonus, Philippi tutor, IV, 87, 8 seq.: quem apud Philippum calumniatus est Apelles, 87, 5. Idem a Philippo Thebas mittitur ad persequendum Megaleam, V, 28, 6 seq. Eius studium et benevolentia in Philippum laudatur, VII, 10, 6.

Alexander Aetolus per proditionem in Aegira urbem irrumpit, IV, 57: in certamine occiditur, 58.

Alexander Aetolus: vid. Alexander Isius et Alex. Trichoniensis.

Alexander, Antigoni pater, legati Persei ad Boeotos, XXVII, 5, 1.

Alexander, Attali legatus Romam, XVII, 10, 11.

Alexander Balas, qui Antiochi Epiphanis filius perhibebatur, Romam adducitur ab Heraclide, XXXIII, 14, 1. Quamvis manifesta fuerit fraus, impetrat tamen a senatu ut in Syriae regnum restituatur; sic enim intelligendus locus XXXIII, 16, 9, coll. § 13.

Alexander, Epiri rex. Cum e societatem iungunt Aetoli d subigenda et dividenda Acar nania, II, 45, 1; IX, 34, 7.

Alexander, Isius cognomin gente Aetolus, cum Phaene interest colloquio T. Quinti cum Philippo et invectiva habet in Philippum, XVII, quam ille Aetolicam et the tralem dicit, 4, 1. Ab Aetol legatus mittitur Romam, XVI 10, 9. Rursus cum Phaene interest colloquio Titi cu sociis de pace Philippo da da, XVIII, 19, 5 seqq. co 20, 11; 21, 3. Rursus Roma mittitur legatus cum Phaene XXII, 8, 11, senex, 9, 14: s interceptus ab Epirotis, quu pretium redemtionis quamv ditissimus solvere nollet, custodia servatus est, mox ve

Romanorum iussu absque pretio liberatus, XXII, 9.
Alexander, Molonis frater, Persidi praefectus sub Antiocho Magno, V, 40, 7; cum fratre, Mediae satrapa, deficit ab Antiocho, V, 41, 1; 43, 5 seq. Victo Molone ab Antiocho se ipse iugulat, 54, 5.
Alexander Pheraeus, Thessaliae tyrannus, in vincula coniicit Pelopidam Thebanum, VIII, 1. Obliterata quaedam de eo XXXVIII, 1 b, 1.
Alexander, Phocidi praefectus a Philippo, decipit Aetolos, Phanotensium arcem se eis traditurum pollicitus, V, 69, 4 seqq.
Alexander Trichoniensis, dux Aetolorum, carpit extremum agmen Philippi, Thermo regredientis, V, 13, 3. Dorimacho et Scopae legumlatoribus resistit, XIII, 1 a, seqq.
Alexandri Turris, ὁ Ἀλεξάνδρου πύργος, in Thessalia, XVIII, 10, 2.
Alexandria Aegypti. Eo fugit ibique perit Cleomenes, ubi vide. Eo Ptolemaeus Philopator contrahit milites mercenarios, quos extra Aegyptum aluerat, V, 63, 8 et 10. Ibi viget rationalis medicina, XII, 25 d, 3. Copiae Alexandriam tenentes Agathocli infensae, XV, 25 a, 21. Ibi et Carthagine in publicis tumultibus non minus pueruli quam viri tumultuantur, XV, 30, 10. Ea pene potitur Antiochus Epiphanes, XXVIII, 18, 1; XXIX, 1, 1. Ibi tria genera degunt hominum, XXXIV, 14.
Alexandria Troas, V, 111, 3. Cives eius urbis liberant Ilienses ab obsidione Gallorum et Gallos universa Troade eiiciunt, ibid. Alexandrenses benigne compellantur ab Attalo ob servatam fidem, V, 78, 6. Ea se cessurum pollicetur Antiochus Scipionibus, XXI, 10, 3; 11, 2.
Alexis, arcis Apameae custos; eius opera utitur Hermias ad perdendum Epigenem, V, 50, 10 seqq.
Alexon, gente Achaeus, militans apud Poenos, sua fide impedit proditionem mercenariorum Agrigenti et Lilybaei, I, 43, 8 seqq. coll. II, 7, 7.
Aliphera, ἡ Ἀλίφειρα, urbs olim Arcadiae et Megalopoli contributa, a Lydiada tyranno Eleis permutando concessa, IV, 77, 10; 78, 1 seqq. Eam oppugnat capitque Philippus, IV, 78, 6 seqq. Alipherenses, Ἀλιφειρεῖς, IV, 78, 8; 77, 10.
Allaria, urbs Cretae, XIII, 10, 2.
Allariotes Cnopias, V, 63, 12; 65, 7.
Allobroges, Ἀλλόβριγες, Galliae populus inter Rhodanum et Alpes, III, 49, 13; infestant Hannibalem Alpes conscendentem, 50 seq.
Alpes. Earum iuga incipiunt a Massilia et locis Sardoo mari superiectis, pertinentque usque ad ultimum Adriatici sinus recessum, II, 14, 6, per 2200 stadia, 14, 9; XXXIV, 10, 17. Alpes, τὰ Ἄλπινα ὄρη, et Apenninus coincidunt supra Massiliam, haud procul a Sardoo mari, II, 14, 8. Hannibalis transitus per eas, III, 47—56. Ante Hannibalem Galli plus semel cum magnis exercitibus eas erant transgressi, III, 48, 6. Nono die ad summa iuga pervenit Hannibal, III, 53, 9.

Cacumina perpetuis nivibus tecta, III, 55, 1 et 9. Veluti arx sunt universae Italiae, 54, 2. Earum magnitudo et memorabilia, II, 15; XXXIV, 10, 8 seqq. Quatuor per eas transitus. ibid. § 18.

Alpheus, fluvius Peloponnesi, Heraeam urbem alluit, IV, 78, 2. Pontem in Alpheo ad Heraeam instaurat Philippus, 77, 5. Memoratur XII, 4 d, 5. Per decem stadia sub terra occultatur, XVI, 17, 5 seqq. ubi et alia de eius cursu.

Althaea, urbs princeps Olcadum in Hispania, expugnata ab Hannibale, III, 13, 5 seq.

Alypus Ambraciota ab Aetolis Romam missus, XXII, 8, 11.

Amaeocritus, praetor Boeotorum, XX, 4, 2.

Amanicae (*αἱ Ἀμανίδες*) Pylae, XII, 17, 2.

Ambracia, urbs et regio; Ambracius sinus: vide in Ambracus.

Ambracus, *ὁ Ἄμβρακος*, IV, 61, 7, et Ambracia, *ἡ Ἀμβρακία*, XVII, 10, 10; XXII, 9, 2 et 5; 13, 9: urbs bene munita Aetolorum, olim Pyrrhi regia, 13, 9. Eius situs, IV, 61, 7. Ad eam obsidendam Philippum hortantur Epirotae, qui potiundae Ambraciae, id est ditionis Ambraciotarum, avidi erant, 61. Urbem capit Philippus et Epirotis tradit, 63. Eandem oppugnat Fulvius consul, XXII, 9, 1—6, et c. 10 seq. Intercedente Amynandro Ambraciotae urbem Romanis tradunt, 12. Statuas et tabulas pictas ex urbe avehi curat Fulvius, 13, 9. Ibi exsulant Thurio profugi, XVII, 10, 10. — Ambracius sinus, *ὁ Ἀμβρακικὸς κόλπος*. Eius descriptio, IV, 63, 4 seqq.; V, 6, 13. Per eum ex Epiro in Acarnaniam traiicit Philippus, IV, 63, 4; per eundem redit, 66, 4. In eundem rursus anno sequente invehitur ex Cephallenia et Leucade veniens et Limnaeam portum petens, V, 5, 12 et 14. Ambraciotae Alypus, Lamius; quos vide.

Ambrysus, urbs Phocidis, ab Aetolis tentata, IV, 25, 2.

Amicorum ala; vid. Hetaeri.

Amilcar senior, dux copiarum pedestrium Poenorum in Sicilia, caedit auxiliares Romanorum, dissidentes a Romanis, I, 24. Idem, dux classis, ad Tyndaridem minus prospere pugnat, II, 25, coll. 27, 6. In pugna navali cum Regulo cornu sinistro praefectus vincitur fugaturque, 27 seq. Revocatur ex Sicilia in Africam adversus Regulum, I, 30. Eius filius Hannibal, diversus a Barcae filio, 44, 1.

Amilcar, cognomine Barcas, I, 56, 1, pater Hannibalis, I, 64, 6; II, 1, 6, dux classis Poenorum, agrum Locrorum Bruttiorumque in Italia populatur; inde ad Heircten inter Erycem montem et Panormum castra posuit, Romanis imminens, Panormum tenentibus, I, 56. Multis ad Panormum certaminibus cum Romanis per tres annos continuos singulari fortitudine et mira industria defunctus est, 57. Erycem urbem in medio monte sitam occupat, ubi rursus per biennium certavit, 58. Barcam, cuius audacia nil fuit terribilius, Eryce in clas-

sem recepturus erat Hanno, ad pugnam navalem cum Lutatio, I, 60, 3 et 8. Hannone, priusquam ad Erycem appellere posset, victo, summa rerum Amilcari traditur; qui pacem petit a Romanis, prudentis ducis officio functus, 62. Dux consilio et virtute omnium suae aetatis praestantissimus, 64, 6. Icto foedere cum Lutatio et Romanis, reliquiis copiarum Eryce Lilybaeum deductis (unde in Africam erant deducendae), imperium deponit, 66. Ei infensi sunt mercenarii rebelles in Africa, quod ab eo se neglectos putarent, 68, 12. Bello cum mercenariis praeficitur, idque bellum probabili cum successu gerit, 75—78. Humanitatem eius, qua in captivos utitur, suspectam faciunt rebelles, 79, 8. Ei collegam Hannonem dant Poeni, orantque ut gnaviter bellum persequatur, 81. Copias iungit cum Hannone; sed ob ducum discordiam nil recte geritur, 82. Hannibalem collegam nanciscitur, et cum eo bene rem gerit, iuvante Naraua Numida, 82, 12 seq.; 84 seq. Hannibale ab hostibus victo et in crucem acto, cum Hannone in gratiam redit, 87; et iunctis cum eo viribus finem bello Poenorum Africo imponit, 88. In Hispaniam missus, multis ibi populis imperio Poenorum subiectis, nono anno fortiter pugnans occumbit, II, 1. Eius in Romanos ira praecipua causa fuit secundi belli Punici, III, 9, 6 seqq.; 10, 7; 12, 2 seq., quum filium Hannibalem perpetuum odium Romanorum iurare fecisset, III, 12.

Amilcar alius, classi Asdrubalis praefectus in Hispania, III, 95, 2 (pro quo Livius Himilconem nominat). Adde VIII, 3, 8.

Amilcar alius, legatus Poenorum Romam missus initio tertii belli Punici, XXXVI, 3, 8.

Ammonius Barcaeus, dux partis copiarum Ptolemaei Philopatoris, V, 65, 8.

Amorgus, insula maris Aegaei, Fragm. hist. 7.

Amphaxitis, Macedoniae regio, V, 97, 4.

Amphictyonibus Aetoli potestatem templi Delphici ademerunt; eosdem in subiiciendo potestati eorum templo et in legum instauratione se adiuturos recipiunt Achaei eorumque socii, IV, 25, 8. Memorantur XL, 6, 6.

Amphidamus, dux Eleorum, a Philippo captus cum suis, IV, 75, 6; Olympiam captivus ductus, sine pretio a Philippo Elidem dimittitur, pollicitus se Eleos ad Philippi partes traducturum, IV, 84, 2—8. Quum destinata perficere non potuisset, Elide elabitur et ad Philippum se confert, ubi Aratos contra Apellis calumnias defendit, 86.

Amphilochi, populus Aetolicus, non Graecus, XVII, 5, 8. Regio Amphilochia recipitur ab Aetolis, XXII, 8, 3 seqq. Argos Amphilochicum; vide suo loco.

Amphipolis, urbs Macedoniae. Ibi Cydas Cres cum Chimaro congreditur ad praeparandas res Eumenis et Persei, XXIX, 1 c, 1.

Amycae campus, τὸ καλούμε-

νον Ἀμύκης πεδίον, prope Antiochiam; eum perfluit Orontes, V, 59, 10.

Amyclae, oppidulum prope Spartam, V, 18, 3. Eius situs et memorabilia, 19, 1 seq. Castra ibi habet Philippus, V, 20, 12; 23, 7.

Amynander, rex Athamanum. Ei per legatos significant Romani se Philippum bello petituros, ni Graecia abstineat, XVI, 27, 4. Cum T. Quintio interest colloquio cum Philippo, XVII, 1, 3. Ingenio est flexili; Romam legatus mittitur a T. Quintio, XVII, 10, 7. Rursus interest colloquio Quintii cum Philippo, victo ad Cynoscephalas, XVIII, 19, 3 seq. Quintius et decem legati victo Philippo ei permiserunt tenere castella, quae ille belli tempore ademerat Philippo, XVIII, 30, 13. Eum dedi sibi ab Aetolis postulat M. Acilius, quum a Romanis defecisset, XX, 10, 5. Quum Antiocho se iunxisset, et a Philippo Athamania esset pulsus, restitutus in regnum per Aetolos, legatos Romam mittit et ad Scipiones in Asiam, culpam deprecans, et Philippum accusans, XXII, 8, 1 seq. Conf. Liv. XXXVIII, 1—3. Hortatu eius Ambracienses urbem suam tradunt Romanis, XXII, 12.

Amynas (nomen decurtatum ex Ἀμύνανδρος, et idem vir qui Amynander alias), rex Athamanum, gener Scerdilaedi Illyrii, IV, 16, 9.

Amyntas, Philippi pater, II, 48, 2.

Amyricus campus in Thessalia, V, 99, 5.

Anacleteria (proclamatio et inauguratio solennis regis, qui hactenus pupillus sub tutoribus fuerat). Ptolemaei Epiphanis, filii Philopatoris, XVIII, 38, 3; Ptolemaei Philometoris, XXVIII, 10, 8: ni ibi minor Ptolemaeus (Physcon) intelligendus.

Anaeae (sic potius quam Aenae) fanum Ecbatanis, X, 27, 12.

Anagnia s. Anagniae, oppidum Latii, prope viam qua Roma itur ad Circaeum montem: eo servulos praemittit Demetrius, XXXI, 21, 6; 22, 2; 23, 2 seq.

Anamares, populus Gallicus Galliae Cispadanae inter Boios et Insubres, haud procul Massilia, ut mendose vulgo legitur pro Placentia, ut videtur, II, 32, 1. Conf. Ananes.

Ananes, populus Gallicus Cispadanus, Boiis ab ortu, II, 17, 7. Iidem qui Ἀνάμαρες dicuntur, 32, 1 et Ἄνδρες, 34, 5. In eorum finibus erat Clastidium oppidum, 34, 5.

Anariacae. Vid. Aniaracae.

Anas, Hispaniae fluvius, XXXIV, 9, 12, et 15 in fragm. lat. p. 85, 3.

Anaxidamus Achaeus in exercitu Philopoemenis adversus Machanidam, XI, 18, 1.

Anaxidamus alius, si vera scriptura, amicus Machanidae, XI, 18, 3 et 5, nisi forte Archidamus ibi legendum.

Anaxidamus, legatus Achaeorum, Romam missus ad deprecandum pro exsulibus, XXXI, 6, 1, coll. c. 8. Rursus eodem mittitur, XXXIII, 2. Videtur Megalopolitanus fuisse: v. annot.

Ancara, oppidum Italiae; civis Ancarates, VIII, 38, 2.
Ancyra, urbs Galatiae, XXII, 22, 1.
Anda, Africae oppidum, intelligendum XIV, 6, 2.
Andania, Ἀνδανία, oppidum Messeniae, V, 92, 6.
Ἀνδοβάλης. Vid. Indibilis.
Andosini, populus Hispaniae cis Iberum, III, 35, 2.
Andreas, archiater Ptolemaei Philopatoris, in tentorio regis pro rege occisus, V, 81, 6.
Andres. Vid. Ananes.
Androlochus Eleus captus a Lyco propraetore Achaeorum, V, 94, 6.
Andromachus, Achaei pater, frater Laodices, uxoris Seleuci Callinici, matris Antiochi magni; captivus Alexandriae, liberatur deprecantibus Rhodiis, IV, 51; VIII, 22, 11.
Andromachus Aspendius hortatur milites Ptolemaei Philopatoris, V, 64, 4; 83, 3. In pugna ad Rhaphiam fortiter se gerit, V, 85, 9. Praetor Coelesyriae et Phoenices relinquitur a Ptolemaeo, 87, 6.
Andromachus Ptolemaei Philometoris legatus Romam, XXXIII, 5, 4.
Andronicus Attali legatus Romam, XXXII, 26, 2.
Andronidas cum Callicrate nititur ne Ptolemaeis auxilia mittantur ab Achaeis, XXIX, 10, 1. Exosus Achaeis sicut Callicrates, XXX, 20. A Metello ad Diaeum missus bello Achaico, pacis conditiones Achaeis offert frustra, XL, 4, 1 seqq.; vinctus abducitur, et nonnisi soluto pretio dimittitur, ibid. et c. 5.
Androsthenes Cyzicenus Antiocho M. gazam ex India devehit, XI, 34, 12.
Aneroestus vel Aneroestes, rex Gaesatorum Gallorum, II, 22, 2; cum praeda domum redeundum censet, II, 26, 5 seqq. Proelio victus a Romanis sibi et necessariis suis manus infert, II, 31, 2.
Aniaracae, populus a septentrione Mediae incolens, V, 44, 9. Rectius Ἀναριάκαι, Anariacae, apud Strabonem et Stephanum Byz.
L. Anicius debellatis Illyriis Genthium in triumpho ducens ridiculos ludos edit, XXX, 13. In Epiro nobilissimos viros condemnaverat, XXXII, 21, 6. Legatus mittitur in Asiam ad vindicandam iniuriam Attalo a Prusia illatam, XXXIII, 6.
Anio, fluvius Latii: per eum copias traiicit Hannibal Romam petens, IX, 5, 9. Pontibus rescissis consules hostem per alveum huius fluvii regredi cogunt, IX, 7, 4.
Annales in domorum parietibus descripti, V, 33, 5.
Annona vilis in Gallia Cisalpina, II, 15; in Lusitania, XXXIV, 8, 4 seqq. Annonae inopia et caritas Romae, IX, 44.
Annus. Vid. Olympias. Annorum 53 res gestas persequitur principalis pars historiae Polybii, I, 1, 5; III, 1, 9; 4, 2. Annus legitimus capessendi rempubl. apud Achaeos tricesimus, XXIX, 9, 6; conf. XXV, 7, 4.
Antalces. V. Antitalces.

Antalcidas. pax Antalcidica, ἡ ἐπ' Ἀνταλκίδου λεγομένη εἰρήνη, I, 6, 2. Post illam Lacedaemonii edixerunt se liberas dimittere Graecas civitates, nec tamen harmostas revocarunt, IV, 27, 5. Ea pace urbes Graecas (Asiae) Persis tradiderunt, pro quarum libertate dimicantes vicerant Persas, VI, 49, 5.

Antanor Eleus bello captus a Lyco propraetore Achaeorum, V, 94, 6.

Antenor, Persei legatus Rhodum, XXVII, 4 et 11.

Antias populus Latii, ὁ Ἀντιατῶν δῆμος, primo foedere Romanorum cum Poenis comprehensus, III, 22, 11; et rursus secundo foedere, 24, 16.

Anticyra, oppidum maritimum Phocidis, ad sinum Corinthiacum: inde T. Quintius Elatea Phocidis veniens Corinthum transiicit, XVIII, 28, 7. Eo ex Epiro navigat A. Hostilius, Thessaliam inde petens, XXVII, 14, 6.

Antigonia, urbs Epiri: per fauces ad eam in Epirum intrat Scerdilaedus Illyricus, II, 5, 6; 6, 6.

Antigonia solemnia, τὰ Ἀντιγόνεια, XXVIII, 16, 3; celebrantur Sicyone, XXX, 20, 3.

Antigonus, Alexandri filius, legatus Persei ad Boeotos, XXVII, 5.

Antigonus Cocles, primus Syriam et Coelesyriam obtinuit; quae eo devicto Seleuco cesserunt, V, 67; XXVIII, 17, 7. Cuncti successores Alexandri bellum adversus eum gesserunt, XVII, 3, 5.

Antigonus Doson, tutor Philippi, Demetrii filii, nomine eius administrat regnum Macedoniae, II, 45, 2; XX, 5, 7. Antigonus novissimus, IX, 29, 7. Eius amicitiam quaerunt Aetoli ob invidiam adversus Achaeos, II, 45; quorum professus inimicus est ob interceptam ab Arato Acrocorinthum, 45, 3. Cum eo clam societatem molitur Aratus ad bellum Cleomenicum, et legatos ad eum mittit duos Megalopolitanos, 47—49. Societatem Arato promittit, 50. In Peloponnesum advocatur ab Achaeis, eique traditur Acrocorinthus in fidei pignus, 51 seq. In Achaeorum conventu dux sociorum nominatur adversus Cleomenem, 54, 3 seq. Eius auspiciis iureiurando sancitur societas inter Achaeos, Epirotas, Phocenses, Macedones, Boeotos, Acarnanes et Thessalos, IV, 9, 4. Multas Cleomeni urbes eripit, II, 54, 6 seqq. De eius crudelitate in Mantinenses immerito queritur Phylarchus, 56. Macedonibus domum in hiberna dimissis Argis quiescit, Cleomene interim in Megalopolitanos saeviente et agrum Argivum populante et querentibus de Antigono Achaeis, 54 extr., 55 et 64. Aestatis initio in Laconicam ducit exercitum, et proelio ad Sellasiam ad Olympum et Euam colles vincit Cleomenem, 65—69; V, 24, 8 seq. Repentina invasione Sparta potitur, Spartanos humaniter tractat, et pristinam remp. eis restituit (V, 9, 8 seqq.; IX, 36), honoribusque ab Achaeis cumulatus domum rediit, II, 70; communi pace omnibus Grae-

cis praestita, IV, 3, 8. Illyrios, qui Macedoniam invaserant, proelio vincit: in quo nimia vocis contentione usus moritur ex reiectione sanguinis et regnum iuveni Philippo relinquit, II, 70. Vivus sapienter et regnum et pupillum Philippum rexerat; moriens testamento rebus in posterum prudenter providit, IV, 87: industrius, prudens, fidem colens, II, 47, 5; 70, 7. Rei castrensis magnum usum habuit, II, 66; V, 35, 9. In proelio ad Sellasiam Megalopolitanos aeneis clypeis armavit. IV, 69, 5. Dona mittit Rhodiis terrae motu afflictis, V, 89, 6. Uxor eius Chryseis, V, 89, 7. Megalopolitanis Prytanin legumlatorem misit, V, 93, 8. Eius res adversus Lacedaemonios gestas ipsis in memoriam revocat Chlaeneas Aetolus, ut eos a Macedonum amicitia ad Aetolos traheret, IX, 29, 7 seqq. Vicissim humanitatem Antigoni eisdem in memoriam revocat Lyciscus Acarnan, IX, 36. In Asiam profecturus ad Larymnam cum navibus in sicco haesit; ubi quum ab hostibus opprimi posset, servatus est benevolentia Neonis Boeoti, XX, 5.

Antigonus Gonatas, Demetrii Poliorcetae filius, IX, 34, 6, ab Aetolis incitatus Achaeorum concilia dissolvit, II, 43, 9; 45, 2; IX, 34, 6. Civitatibus Achaeorum partim praesidia imponit partim tyrannos praeficit, II, 41; 43; 44, 1; IX, 29, 5 seq. Eius conatibus se opponit Aratus, II, 43, 9.

Antilibanus. Inter cuius et Libani radices est Marsyas campus, V, 45, 9: in eorundem confinibus oritur Orontes fluvius, V, 59, 10.

Antimachus res Persei gerit in colloquio ad Demetriadis moenia cum Cyda Cretensi, XXIX, 1 c, 1.

Antinous, Epirota Molossus (XXX, 7, 2), per Charopis calumnias bello Persico cogitur ad Perseum confugere, ne Romam insons abduceretur, XXVII, 13. Molossorum gentem ad Perseum abstraxit; ad extremum fortiter occubuit, XXX, 7, 2 seq. (Videtur sibi ipse mortem conscivisse: conf. § 8 et c. 8, 3.)

Antiochia ad Orontem, V, 59, 10, princeps urbs Syriae, ex quo Seleucia in Ptolemaeorum venerat potestatem, V, 58, 4 seqq. Sedes Antiochi M., qui ibi Laodicen salutari reginam iubet, et ad bellum se comparat, V, 43, 4. Sedes item Demetrii Soteris, XXXII, 4, 1. Eo ex clade ad Rhaphiam accepta redit Antiochus Magnus, V, 87, 1. Antiochensium agro imminet Coryphaeus mons, V, 59, 5.

Antiochia Mygdoniae V, 51, 1.

Antiochicum bellum III, 32, 7. Antiochica tempora XXV, 9, 3. Vid. Antiochus Magnus.

Antiochis, soror Antiochi Magni, Xerxi regi Armosatorum copulata, VIII, 25, 5.

Ἀντιοχισταί, Antiochi factio Phocaeae in Aeolide, XXI, 4, 2.

Antiochus Epiphanes; vide post Antiochus Magnus.

Antiochus Magnus, frater Seleuci Cerauni, filius natu minor Seleuci Callinici; fratri

Seleuco succedit in regnum Olymp. 139, II, 70, 4, 6; IV, 2, 7; 48, 10; V, 40, 5 seqq. Regnante fratre ipse in superiori Asia vitam egerat, V, 40, 5. Adversus Molonem, Mediae satrapam rebellem, Xenonem et Theodotum hemiolium mittit, V, 41 seq. Nuptias celebrat cum Laodice, Mithridatis filia, V, 43, 1 seqq.; quae filium ei parit, 55, 4. Propter aetatem totus est in potestate Hermiae, 45, 7. Coelesyriam invadit, cum Ptolemaeo Philopatore de ea contendens, V, 45, 8 seqq.; 46, 1 seqq.; I, 3, 1; II, 71, 9; III, 1, 1; 2, 4; V, 1, 5; sed ad nuncium victoriarum Molonis recedit, V, 46, 5; et ad bellum cum Molone per se gerendum sese comparat, V, 49. Molonem proelio vincit et omnem rebellionem sopit, V, 53 seq. Seleucienses, saeviente in eos Hermia, humaniter tractat, 54, 9 seqq. Expeditionem suscipit adversus Artabazanem, 55. Monente Apollophane medico, Hermiam occidi curat, 56. Ab expeditione adversus Molonem suscepta domum redit, 56, 14. Nuncios ad Achaeum mittit, defectionem eius accusans et fidem eius obtestans, 57, 1 seqq.; 58, 1. Bellum Coelesyriacum adversus Ptolemaeum Philopatorem instaurat; Seleuciam ad mare oppugnat et in deditionem accipit, V, 58—61. Fauces ad Gerrha et Brochos, tum ad Berytum occupat; et Tyrum ac Ptolemaidem, a Theodoto traditas, accipit, V, 61 seq.; IV, 37, 5. Legationibus Aegyptiorum, dum illi bellum parant, differri se patitur, V, 63 seqq.; et induciis factis cum Ptolemaeo exercitum in hiberna reducit, 66. Per hiemem legationibus agere cum Ptolemaeo pergit, ibid. et c. seq. Anno insequenti terra marique bellum inchoat, Nicolaum ex angustiis ad Platanum et Porphyreonem depellit; Philoteriam, Scythopolin, Atabyrium, Abila, Gadara, Rabbatamana capit, et maiori parte Coelesyriae in potestatem redacta Ptolemaidem hibernatum concedit, V, 68—71, coll. c. 29, 8. Insequente anno pugna ad Rhaphiam victus pacem a Ptolemaeo petit et accipit, tota rursus Coelesyria et Phoenice Ptolemaeo decedens, V, 79—87. Ad bellum adversus Achaeum rebellem se accingit, facta cum Attalo societate, V, 87, 8; 107, 4. Achaeum Sardibus oppugnat, VII, 15; et urbe potitur Lagorae audacia, 18. Achaeum dolo capit et supplicio afficit, arceque Sardium potitur, VIII, 22 seq. Xerxem, Armosatae regulum in Mesopotamia, confirmat in regno et sororem suam ei in matrimonium dat, VIII, 25. Per Mediam adversus Arsacem in Parthiam ducit exercitum; et inde, superato Labo monte in Hyrcaniam, X, 27—31. Ex Hyrcania Bactrianam petit, Euthydemum regem acie vincit et pacem ei dat, X, 48 seq.; XI, 34. In pugna cum Bactrianis inprimis fortiter se gessit, X, 49, 9—14. Inde Indorum fines ingressus amicitia cum Sophagaseno

rege renovata per Arachosiam, Drangenen, Carmaniam victor domum redit, XI, 34, 11 seqq. Expeditionem suscipit in Arabiam Felicem et Gerrhaeis libertatem confirmat; inde Seleuciam redit, XIII, 9. Regnante in Aegypto pupillo Ptolemaeo Epiphane cum Philippo coniurat de partiendo Aegypti regno, XV, 21; III, 2, 8. Ad eum missus ab Agathocle Pelops, XV, 25 a, 10. Ex foederis lege commeatus Philippo suppeditare tenetur, XVI, 1, 8. Scopa, Ptolemaei duce, ad Panium victo potitur Palaestina et Hierosolymis, XVI, 18 seq.; 39, 3 seqq. Gazam obsidet, XVI, 18, 2; et devastat, XVI, 40, 1. Duos eius filios, utrumque Antiochum nomine, interfuisse pugnae ad Panium statuit Zeno historicus, quum unus tantum fuerit, XVI, 18 seq. (scil. minor filiorum, qui Epiphanes cognominatus est: maior fuit Seleucus cognomine Philopator; quorum statim hic, dein ille patri in regnum successit.) Belli Romanorum Antiochici (de quo III, 3, 2, *οἱ Ἀντιοχικοὶ καιροὶ* XXV, 19, 3), causa, praetextus, et initium, III, 7, 1—3. Occasionem ei dedit bellum Philippicum et Aetolicum, III, 32, 7; XVIII, 22, 2. Cum exercitu Syria egressus Europam versus tendere videbatur et suspectus erat Romanis, XVIII, 22, 3; 26, 2; 28, 10 seq. Eius classem praeternavigare se non passuros decl :ant Rhodii, 24, 11. Eius le ıtis, qui Corinthum venerant, mandata dat T. Quintius cum collegis, XVIII, 30, 1—4. Epheso inhiat Antiochus, 32, 1 seq.; eamque occupat, et inde Aetolis opem pollicetur, XX, 11, 2 coll. c. 10, 16; aliasque Aeolidis et Ioniae urbes occupat, XXI, 10, 4; 11, 2. In Thraciam abit, et Lysimachiae postulata legatorum Romanorum audit, ius suum in Chersonnesum et Thraciae oram defendit; et cum Ptolemaeo non solum amicitiam sed et affinitatem se contracturum ait, XVIII, 32, 3 seq. et c. 33 seq. Ab Aetolis accitus adversus Achaeos et Romanos, traiicit in Europam cum decem hominum millibus; sed e Graecia eiectus et acie victus cedit omni Asia cis Taurum, III, 3, 3 seq. Demetriadem cum classe appellit, III, 6, 4; 7, 3; consultat cum Aetolis, XX, 1: legatos mittit ad Boeotos, XX, 2. Chalcide legationes excipit Epirotarum et Eleorum, 3. Thebis eum recipiunt Boeoti, 7, 5. Chalcide nuptias celebrat, XX, 8. Ad Thermopylas vincitur a M'. Acilio; et cum nova nupta ad Ephesum profugit, XX, 8, 5. E toto exercitu nemo praeter quingentos qui circa regem erant effugit, ibid. 8, 6. Antiochi classis ad Chium vincitur a C. Livio, XXI, 1, 1. Agrum Pergamenum incursat, mox vero de pace agere conatur cum L. Aemilio, classis praefecto; qui eum non audit monente Eumene, XXI, 8. Agrum Elaeensem et Thebes campum vastat, 8, 10 seqq. Prusiam frustra ad partes

suas trahere studet, 9. Pugna navali ad Myonnesum vincitur a Lucio Aemilio Regillo, 9, 13; 10, 1; XXII, 7, 16. Inde tardior factus ad Scipiones de pace legatos mittit, quae tamen non convenit, XXI, 10—12. Acie victus a Scipionibus (XXII, 8, 8), pacem petit, quae ei datur, XXI, 13. Pacis leges, XXI, 14, confirmatae a senatu populoque Rom. XXII, 7. Formula foederis, XXII, 26. Quum initio ad res maximas suscipiendas idoneus visus esset (XI, 34, 14 seqq.), processu temporis se ipso et hominum exspectatione inferior apparuit, XV, 37. Eius filia Cleopatra, uxor Ptolemaei Epiphanis, mater Ptolemaei Philometoris et Physconis, XXVIII, 17, 9.

Antiochus Epiphanes, Antiochi M. filius, frater minor Seleuci Philopatoris, rex Syriae, XXXI, 12, 1 seq., ob male sanum ingenium Ἐπιμανὴς potius quam Ἐπιφανὴς cognominandus, XXVI, 10. Quum Ptolemaeus Philometor ad Coelesyriam ei eripiendam (conf. XXVIII, 1, 2 seq.) se compararet, praevenit eum et Aegyptum invasit, XXVII, 17, 1 seq. Legatos Romam mittit de eo bello, XXVIII, 1. Ad Pelusium callido usus est dolo, XXVIII, 7, 16. Aegyptum occupat, XXVIII, 16, 1. Legationibus Graecarum civitatum respondet pro Ptolemaeis fratribus apud ipsum deprecantibus, XXVIII, 16 seq. Memphi Naucratim, inde Alexandriam petit, XXVIII, 17, 11; eamque oppugnat et propemodum capit, 18, 1; XXIX, 1, 1. Romam rursus legatos mittit, XXVIII, 18. Ad belli societatem adversus Romanos invitatur a Perseo, XXIX, 3, 8 seq. Liberalis in Graecos, XXIX, 9, 13; XXVIII, 18, 3. Foederis immemor alterum Ptolemaeo infert bellum, XXIX, 7 a, 1. Magnificam pompam ducit et ludos celebrat ad Daphnen in Syria, XXXI, 3 seq., ex eis opibus, quas Ptolemaeo Philometori puero abstraxerat, 4, 9. Tib. Gracchum legatum Rom. magna dexteritate excipit, XXXI, 5. Ei et Eumeni diffidit senatus Romanus, XXXI, 6, 5. 9, 6 seqq. Dianae templum in Elymaide spoliare frustra conatus, moritur Tabis, XXXI, 11. Regnum eius quum Demetrio Seleuci filio deberetur, puero Antiochi firmandum censet senatus Romanus, XXXI, 12, 6.

Antiochus Eupator, Epiphanis filius, puer; cui regnum post patris obitum firmant Romani, quum tamen ad Demetrium potius pertineret, XXXI, 12, 7 seq. Regnum ei administrat Lysias, XXXI, 19, 2.

Antipater, amicus Philippi Amyntae filii, qui per eum ossa Atheniensium in pugna Chaeronensi occisorum Athenas mittenda curavit, V, 10, 4. Proelio victis ad Lamiam Graecis pessime accepit Athenienses aliosque Graecos, IX, 29, 2. Soli Aetoli oculos contra eum attollere sunt ausi, IX, 29, 4; 30, 3. In eum multa contumeliose in sua *historia* scripsit Democharis, XII, 13, 8.

Antipater, Antiochi Magni frater filius, equitum prae*fectu-*

Antiochi, V, 79, 12; 82, 9; legatus de pace ad Ptolemaeum Philopatorem post pugnam ad Rhaphiam, V, 87, 1 et 4. Equitibus Tarentinis praeest in pugna ad Panium, XVI, 18, 7. Legatus de pace ad Scipiones, XXI, 13, 4; 14, 9; deinde Romam, XXII, 7, 1 seqq. et § 14.

Antipatria, Ἀντιπάτρεια, oppidum Phoebatidis? in Dassaretia, in extremitate Macedoniae. Eam sibi adiunxerat Scerdilaedus et recepit Philippus, V, 108, 2 et 8.

Antiphanes Bergaeus, scriptor rerum incredibilium, XXXIV, 6, 15.

Antiphates, Telemnasti filius, Gortynius, legatus Cretensium ad Achaeos, auxilia petens ad bellum cum Rhodiis, XXXIII, 15.

Antiphilus, Prusiae legatus Romam, XXXII, 26, 4.

Antipolis, Massiliensium urbs et colonia, obsessa a Liguribus, XXXIII, 4, 2.

Antisthenes Rhodius, particularis historiae scriptor probatus, in quo tamen nonnihil reprehendit Polybius, XVI, 14, 2 seqq.; 15, 8.

Antitalces (Antalces) Gortynius Cretensis, pater Cydae cosmi, XXIII, 15, 1.

Antium, oppidum maritimum Latii, III, 24, 16. Vid. Antias populus.

Antonius, tribunus plebis, legatos Rhodiorum in senatum introducit, postquam praetorem de bello Rhodiis inferendo legem ad populum ferentem de rostris detraxerat, XXX, 4, 6.

Aous, Ἄωος, Illyriae amnis, prope Apolloniam in Ionium mare se exonerans, V, 110, 1. Ad eum Molossi ponte intercepto progredi in Thessaliam prohibent A. Hostilium cos., XXVII, 14, 3.

Apamea, Ἀπάμεια, urbs Syriae: ibi coguntur copiae Antiochi Magni, V, 45, 7; rursus V, 50, 1. Eius arcis custos Alexis, V, 50, 10. Ibi mulieres uxorem Hermiae, pueri filios eius occidunt, V, 56, 15.

Apamea Phrygiae; in quam venit Cn. Manlius consul, XXII, 24, 9 et 12; 25, 6 et 9; 26, 8; 27, 1. Elephantes Apameae, 26, 11, nisi intelligenda Apamea Syriae.

Apasiacae Nomades sedes inter Oxum et Tanaim habentes; ubi Oxus fluvius terram subit, sicco pede cum equis eum superantes in Hyrcaniam transeunt, X, 48.

Apaturius Gallus occidit Seleucum Callinici filium in Asia cis Taurum, IV, 48, 9.

Apega, Nabidis tyranni uxor, XIII, 7, 6; XVII, 17.

Apelaurus, τὸ Ἀπέλαυρον, mons imminens Stymphalo, Arcadiae oppido, IV, 69, 1.

Apelles, unus e tutoribus Philippo ab Antigono Dosone relictis, IV, 87, 8; praecipua gratia apud Philippum valens Achaeos in servitutem redigere conatur, renitente Philippo et Arato, IV, 76. Olim in Antigoni castris cum Achaeis versatus erat, 76, 7. Aratos deprimere apud Philippum studet et malitiose eos calumniatur, IV, 82 et 85. Calumniarum convictum

suspectum habere coepit Philippus, licet connivere ei in multis coactus, IV, 86, 8. Taurionem apud Philippum calumniatur, non obtrectando, sed laudando, 87, 1 seqq. In potestate sua habet Leontium et Megaleam, et omnem prorsus potestatem ad se rapere studet, 87, 9 seqq. Coniurat cum Leontio et Megalea de impediendis regis consiliis; ipse Chalcidem se confert, V, 2, 8; 16, 9. Ibi subvectionem commeatuum prohibere conatur, V, 2, 8; 28, 4; et omnia pro auctoritate agit, V, 26, 3 seqq. Chalcide a Leontio advocatur Corinthum, V, 26, 2: ubi magna cum pompa urbem intrat, sed ad regem non familiariter admittitur, 26, 7 seqq. Studiose observatur a rege, qui eum sequi se in Phocidem iubet, 26, 16. Corinthum in custodiam mittitur, ubi mox vitam finivit, V, 28, 5 seqq.

Apelles alius (fortasse filius superioris), amicus Philippi, filium Philippi Demetrium Romam comitatur, XXIII, 14, 7; XXIV, 1, 5.

Apenninus mons, ὁ Ἀπεννῖνος, II, 16, 1; III, 110, 9; plur. τὰ Ἀπεννῖνα ὄρη, II, 14, 8. Alpes contingit supra Massiliam, II, 14, 8; 16, 1. Mediam Italiam in longitudinem secat, et ad fretum usque Siculum pertinet, II, 16, 4. Eum superans Hannibal ex Apulia in Samnium transit, III, 90, 7.

Aperantia, Ἀπεράντεια, urbs et regio Thessaliae; quam, quum Aetolorum esset, recepit Philippus, XX, 11, 12. Eandem Philippo rursus eripiunt Aetoli, XXII, 8, 3 et 5.

Aphther a Masinissa deficit, XXXII, 2, 7.

Apiae campus in Mysia vel Phrygia, V, 77, 9.

Apis, ὁ Ἄπις, portus Aegypti XXXI, 25, 8; 26, 3.

Apocleti, οἱ Ἀπόκλητοι, sanctius concilium Aetolorum, IV, 5, 9; XX, 10, 13. Cum triginta Apocletis consultat Antiochus, XX, 1, 1. Iidem οἱ ἄρχοντες vocantur, XXI, 2, 7 coll. 3, 2.

Apodoti, Ἀποδωτοί, populus Aetolicus, non Graecus, XVII, 5, 8.

Apollo. Eius templum (cont. Paeanium) Amyclis, V, 19, 3; Ap. Carnei, V, 19, 4; Cyni Ap. delubrum Temni, XXXII, 25, 12; Delphici, XL, 11, 1; Thermi templum Ap. a Philippo vastatum, XI, 4, 1. Coram Apolline ictum foedus Philippi et Hannibalis, VII, 9, 2. Apollinis Hyacinthi tumulus Tarenti, VIII, 30, 2. Sacrum Apollinis agrum Sicyoniis redimit Attalus, XVII, 16, 1.

Apollodorus Susianae praeficitur ab Antiocho post Diogenem, V, 54, 12.

Apollodorus, tyrannus Cassandreae, Macedoniae urbis, quae olim Potidaea; passim a scriptoribus cum Phalaride collatus, VII, 7, 2.

Apollodorus, scriba Philippi regis, adest ei in colloquio cum T. Quintio, XVII, 1, 2; 8, 7.

Apollodorus, Boeotorum legatus ad Achaeos, XXIV, 12, 5.

Apollonia, urbs Illyriae Graecae ad mare Adriaticum, prope ostia Aoi fluvii, V, 110, 1;

XXXIV, 12, 6. Apolloniatae auxilium adversus Illyrios petunt ab Aetolis et Achaeis, II, 9, 8. Romanis se tradunt, II, 11. Ad hanc urbem panicus terror invadit classem Philippi ad nuncium classis Romanae eo tendentis, V, 109, 6; 110, 1 seqq. In foedere Philippi cum Hannibale cavetur ne Romani Apolloniam tenere sinerentur, VII, 9, 13.

Apollonia, Assyriae urbs, in Apolloniatide regione: eo pervenit cum exercitu Antiochus M. in expeditionem adversus Molonem, V, 52, 3 et 7. Conf. Apolloniatis.

Apollonia Cretae. Saeva Cydoniatarum perfidia in Apolloniatas, foederatos et amicos, XXVII, 16.

Apolloniatis regio in Assyria a meridie Mediae nomen habens a principe urbe Apollonia, V, 44, 6. Ea potitur Molo, qui ab Antiochi imperio defecit, V, 43, 8; 51, 8. In ea Antiochus proelio vincit Molonem, 52 seqq.

Apollonidas vel Apollonides, Sicyonius dona Eumenis aliorumque regum generose respuenda censet, XXIII, 8, 1. Legatus Romam ad rationem reddendam eorum quae Spartae gesta erant ab Achaeis et Philopoemene, XXIII, 11, 6; 12, 1. Eius sententia moderata intuitu Romanorum, bello Persico, XXVIII, 6, 2 et 6.

Apollonides, quaestor Lacedaemonius, nefarie occisus a Chaerone, XXV, 8, 6.

Apollonides, et
Apol nius, Clazomeniorum legati in Aegyptum, XXVIII, 16, 5.

Apollonis, uxor Attali, Cyzicena, honorata a quatuor filiis, XXIII, 18 (XXI, 20).

Apollonius, familiaris Demetrii, Seleuci filii, Romae obsidis, XXXI, 19, 6; 21, 2. Filius Apollonii eius, qui plurimum gratia valuerat apud Seleucum, 21, 3.

Apollophanes, Antiochi M. medicus, Seleuciensis (V, 58, 3), monet Antiochum de occidendo Hermia, V, 56. Hortatur eundem ut priusquam Coelesyriam invadat, Seleuciam, imperii sedem, Ptolemaeo eripiat, V, 58, 3 seqq.

Appius. Vid. Claudius.

Appulia, Appuli, ἡ Ἰαπυγία, οἱ Ἰάπυγες. Appuli et Messapii in sociis Romanorum bello Gallico Cisalp., II, 24, 11. Appulia (ἡ Ἰαπυγία) in tria nomina id est in tres partes distincta, in Dauniam, Messapiam (et Peucetiam: nisi forte tertia pars intelligenda est Appulia proprie sic dicta; quod inde colligi posse videtur quod II, 24, 11 distinguuntur Ἰάπυγες et Μεσσάπιοι), III, 88, 3 seq. Ἰαπυγία XXXIV, 11, 2 et 8, non de Appulia, sed Iapygio promontorio.

Apron, fluvius Liguriae, XXXIII, 8, 2, nisi legendum Ὄναρον, Varum.

Apteraei Cretenses: eos Cnosiorum societati renunciare coegerunt Polyrrhenii et Lampaei, IV, 55, 4.

L. Apuleius, legatus Romanorum in Asiam, ad inspiciendas res Attali et Prusiae, XXXII, 26, 5.

P. Apustius, Romanorum legatus ad iuniorem Ptolemaeum, XXXII, 1, 4.

Aquam qui derivasset in terram incultam, eum per quinque generationes immunem eam terram colere siverunt Persarum reges, X, 28, 3.

Aquileia, ἡ Ἀκυληία. Divites in eius vicinia venae auri, XXXIV, 10, 10 seqq.; distantia urbis ab Iapygio promontorio, c. 11, 8.

Arabes, Arabia. Arabiae (desertae et Petraeae) populi partim sponte se adiungunt Antiocho M. partim vi ab eo subiguntur, V, 71. Arabes in acie Antiochi ad Rhaphiam, V, 79, 8; 82, 12; 85, 4. In eam Arabiae Felicis partem, quae sinui Persico adiacet, expeditionem suscipit Antiochus M., XIII, 9. Populi eiusdem regionis, Chatteni, Gerrhaei, etc., ibid.

Arachosia, Asiae regio, inter Drangenen et Indiam: per eam ex India veniens proficiscitur Antiochus, XI, 34, 13.

Aradii partim urbem insulamque habitantes partim oppositam continentem in Phoenice; eos in societatem accipit Antiochus M., V, 68, 7. In eorum ditione Marathus oppidum, ibid.

Aratthus, Epiri fluvius, Ambraciae muros praeterfluens, XXII, 9, 4.

Aratus Sicyonius senior. Eius Commentarii historici ubi desinunt, inde historiam incipit Polybius, I, 3, 2; IV, 2, 1 seq. Sunt illi commentarii inprimis veri et dilucidi, II, 40, 5. Virtutes et vitia ingenii et indolis Arati, IV, 8. Dux et auctor instaurati foederis Achaici et concordiae Peloponnesiorum, II, 40, 2. Vicesimo aetatis anno Sicyonem a tyranno Nicone liberavit (IV, 8, 4; X, 25, 3) et foederi Achaico attribuit; praetor iterum Acrocorinthum cepit et Corinthios moxque etiam Megarenses foederi Achaico adiunxit; tyrannis Peloponnesi et Antigoni Gonatae dominationi Aetolorumque cupiditati fortiter se opposuit, II, 43. Eius prudentia omnibus mederi novit difficultatibus et consilia hostium in contrarium vertere, II, 45, 5 seq.; 46; IV, 8, 1 seqq. Ad bellum aperte gerendum parum idoneus, IV, 8, 5 seqq., πολιτικώτερος ἢ στρατηγικώτερος, IV, 19, 11. Molitur societatem cum Antigono, Philippi tutore, II, 47 seqq. Multa simulare et dissimulare cogitur, neque omnia in Commentariis suis referre potuit, 47, 10 seq. Argos capit, quod Cleomeni se tradiderat, II, 53 coll. 59, 8. Defenditur a Polybio contra Phylarchi calumnias de crudelitate adversus Mantinenses et Aristomachum Argivum, II, 56 seqq. Praetor designatus post Timoxenum, IV, 6, 7, quinto die ante legitimum tempus init praeturam, Messeniis contra Aetolos opem laturus, IV, 7, 8 seqq. Ad Caphyas sua imprudentia infeliciter pugnat cum Aetolis, IV, 10—12. Accusatus apud Achaeos culpam depre-

catur et liberaliter absolvitur, 14. Philippo moderationem suadet in Lacedaemonios, IV, 24, 3; et alias semper meliora eidem suasit, V, 12, 5 seqq.; VII, 11 et 13 seq.; IX, 23, 9. Cum Philippo iterum in Peloponnesum veniente deliberat Corinthi, IV, 67, 8. Apelli Achaeos iugo subdere conanti resistit, IV, 76, 8 seq. Aratum apud Philippum merito maximi eum facientem de statu deiicere Apelles conatur, 82, 2 seqq. Aratos apud Philippum denuo calumniatur Apelles, sed illorum innocentiam patefacit Amphidamus Eleus, 85 seq. Praecipuam Aratorum rationem habet Philippus, cognito Apellis et Leontii delicto, V, 1, 8. Aratus resistit Leontio, successum expeditionis Thermicae impedire conantem, V, 7, 4. Post reditum Limnaeae lapidibus petitur a Leontio et Megalea, et mox eos criminum admissorum convincit in consessu amicorum Philippi, V, 15 seq. Apud eum Sicyone divertit Philippus, V, 27, 3. Praetor rursus creatur post Eperatum, 30, 7; 91 seqq.; militiam instaurat, 91; protegit Achaeos adversus Lacedaemoniorum, Eleorum et Aetolorum incursiones, 92; dissidia Megalopolitanorum componit, 93; cum Aetolis agit de pace, V, 103. Philippo rectum dat consilium de Ithomata arce Messeniis reddenda, VII, 11. Lento veneno necatur a Philippo, Taurionis opera, VIII, 14. Post mortem ut heros cultus ab Achaeis, ibid. § 7. Honores eius apud Romanos post Corinthi excidium vindicat Polybius, XL, 8, 10. Cynaetham urbem proditione capturus ausu exciderat, quod diei horam non observaverat, IX, 17.

Aratus iunior, Arati filius, a patre mittitur ad Antigonum Dosonem firmandae societatis causa, II, 51, 5. Praetor creatur Achaeorum, IV, 37, 1. Cunctator et segnis ad bellum, IV, 60. Copias coniungit cum Philippo, IV, 70, 2. Praetura abit, V, 1, 1 seq. Legatus Achaeorum nominatur ad Ptolemaeum Epiphanem cum Lycorta et Polybio, XXV, 7. Romam legatus cum Callicrate in causa exsulum Spartanorum, XXVI, 1, 8.

Arauacae, Ἀραυάκαι, populus Celtibericus; bello gesto cum Romanis legatos Romam mittunt, XXXV, 2 seq.

Araxus, ὁ Ἄραξος, Elidis promontorium, IV, 59, 4; 65, 10.

Arbo, ὁ Ἄρβων, urbs Illyrici, II, 11, 15: nisi Narbona vel potius Narona legendum.

Arbucala, ἡ Ἀρβουκάλη, urbs magna Vaccaeorum in Hispania, vi capitur ab Hannibale, III, 14, 1.

Arbusticum vinum Capuae, XXXIV, 11, 1.

Arcades, οἱ Ἀρκάδες, Cretae civitas, cum aliis desciscit a Cnosiorum societate ad Lyctios, IV, 53, 6.

Arcades. Arcadia, II, 54, 2. Ab eius occasu hiberno est Triphylia, IV, 77, 8. Arcades, maior per se populus quam Achaei stricte sic dicti, II, 38, 3. Arcades et Lacedaemonii, duo maximi populi Peloponnesi, IV, 32, 3. Virtutis fama

fruuntur quum ob humanitatem tum ob pietatem in deos, IV, 20, 1 seq. Ab eorum institutis desciverunt Cynaethenses et efferati sunt, 20, 2 seq.; 21, 5 seqq. Musicae et saltationis studium ad molliendam morum austeritatem eis necessarium, IV, 20, 3 seqq. et 21. Auctor eis fuerat Epaminondas condendae Megalopolis et sincerae societatis perpetuo cum Messeniis colendae, 32, 10. Eosdem et Messenios ad concordiam hortatur Polybius, ibid. et 33, 10 seqq. Inscriptio in honorem eorum in columna ad aram Iovis Lycaei Messenae, IV, 33, 2 seq. Arcadia, velut altera patria Messeniorum, ob fidem Arcadum in Messenios a Lacedaemoniis inique habitos, 33, 4 seqq.

Arcadica fabula de hominibus in lupos versis, VII, 13, 7.

Arcas; eius filius Triphylus, IV, 77, 8.

Arcesilas philosophus, X, 25, 2.

Arcesilaus, legatus exsulum Spartanorum Romam, a piratis captus et occisus, XXIV, 11, 1 seq.

Arcesilaus Megalopolitanus bello Persico tempori serviendum censet intuitu Romanorum, XXVIII, 6, 2 et 8. Legatus Achaeorum ad conciliandos inter se reges Antiochum Epiphanem et Ptolemaeos, XXIX, 10, 6.

Arcesines, ὁ Ἀρκεσίνης, fragm. hist. 7.

Archedamus Aetolus praefectus equitum in exercitu T. Quintii, XVIII, 4, 5, bello Aetolico ad M' Acilium mittitur cum Pantaleonte inducias petiturus, XX, 9, 2. Eius et Pantaleontis fidem Romanis suspectam facit Lyciscus, XXVIII, 4, 8.

Archedicus comicus perstringit Democharem historicum, XII, 13, 7.

Archias, Cypri praefectus Ptolemaeorum nomine, insulam Demetrio vult prodere; sed deprehensus suspendio vitam finit, XXXIII, 3.

Archicrates, sodalis Diaei, Achaeorum praetoris, qui patriam perdidit, XL, 4, 9.

Archidamus, Eudemidae filius, rex Spartae, duos reliquit filios ex Hippomedontis filia, qui a Spartanis post mortem Cleomenis regis praeteriti sunt, quanquam ad eos iam regni pertinebat, IV, 35, 13 seq. Metu Cleomenis Sparta aufugerat et Messenae exsulaverat; deinde ficta Cleomenis reconciliatione confisus quum Spartam repeteret, a Cleomene occisus est, V, 37, 1 seqq.; VIII, 1, 3 seqq.

Archidamus, Pantaleontis filius, Aetolus, cum Dorimache et Alexandro in Aegira Achaiae oppidum, per proditionem irrumpit, IV, 57, 7; mox cum sociis urbe rursus expulsus perit, IV, 58, 9.

Archidamus alius, si vera scriptura XXVIII, 4, 8, pariter Aetolus. Vid. Archedamus.

Archidamus fortasse legendum XI, 18, 3 et 5, pro vulgato ibi Anaxidamus.

Archimedis ingenium quavis multitudine manuum efficacius, VIII, 5, 3 seqq.; 9, 7; eius machinae, VIII, 7—9.

Archippus Achaeus in carcerem coniectus a Diaeo prae

tore, dimittitur ab eodem solutis 40 minis, XL, 5, 4: conf. c. 4, 1.
Archo (Aegirates, XXIX, 10, 6), coram Caecilio Metello defendit res Spartae gestas ab Achaeis praetore Philopoemene, XXIII, 10, 8. Eum primo improbat Philopoemen, mox benevole collaudat, utpote solerter occasione utentem, XXIII, 10 a, 1.
Ardaxanus fluvius prope Lissum in Illyrico, VIII, 15, 2.
Ardea, Ἀρδεᾶται, civitas maritima Latii, antiquissimis foederibus Romanorum cum Poenis comprehensa, III, 22, 10; 24, 16.
Ardiaei, populus Illyricus, a Romanis obiter subactus, dum a Dyrrhachio interiora Illyrici petunt, II, 11, 10; 12, 2.
Ardyes Galli a septentrione convallis per quam decurrit Rhodanus fluvius, III, 47, 3: fortasse Αἴδυες, Aedues.
Ardys, vir fortis, equitibus hastatis praefectus in acie Antiochi adversus Molonem, V, 53, 2. Cum Diogneto nauarcho eximiam operam praestat in oppugnatione Seleuciae Pieriae, 60, 4 seqq.
Ἄρειον πεδίον, id est Martius campus, inculta Thraciae regio, XIII, 10, 3.
Arentini. V. Laurentini.
Arethusa, Siciliae fons, de quo falsa narrat Timaeus, XII, 4 d, 5 seqq.
Areus et Alcibiades Spartani, exsules veteres a Philopoemene in patriam restituti, ingrati legationem Romam obeunt adversus Achaeos, XXIII, 11, 7 seq.; 12, 2 seq.; XXIV, 4, 3.
Argennum promontorium, τὸ Ἀργεννον, ad fretum quod est inter Chium et Asiam, XVI, 8, 2.
Argenti metalla ad Carthaginem Novam, XXXIV, 9, 8 seq., quorum inventor Aletes, X, 10, 11. Argenti excoctio e glebis amne devectis in Hispania, XXXIV, 9, 10 seq. Aestimatur decima pars auri eiusdem ponderis, XXII, 15, 8; optimum Atticum, ibid. et c. 26, 19. Conf. Talentum. Argenteae laminae Iovis arae Thebis detractae, XXIII, 2, 7. Conf. Aurum et Aureus.
Argivi. Vid. Argos.
Argolicus sinus, Ἀργολικὸς κόλπος, V, 91, 8: iuxta eum protenditur Acte, ibid.
Argos, Argivi. Eorum urbs, II, 53, 5. Iis oppida nonnulla Laconica attribuerat Philippus Amyntae, IX, 28, 7; XVII, 14, 7. Eorum tyrannus Aristomachus tyrannidem abdicat et Argos attribuit Achaeis, II, 44, 6: mox vero rursus ab eis se separat et cum Cleomene facit, II, 60, 6: conf. 52, 2. Argos recipiunt Achaei Aristotelis Argivi opera, II, 53. Eo se confert Antigonus Peloponnesum intrans, II, 54, 1; rursus domum rediens, 70, 4. Argivorum fines incursat Lycurgus et oppida nonnulla capit, IV, 36, 4 seq. Argis hiemat Philippus, IV, 82, 1; 87, 13. Ibi caedem patraverat Leontius post Antigoni discessum, V, 16, 6. Messenii per Argivorum fines Laconicam petunt, V, 20, 3. Iisdem imminet Machanidas Lace-

daemonius, X, 41, 2. Argos a Philippo repetunt Achaei in colloquio eius cum T. Quintio, XVII, 2, 5; 6, 8; 8, 9. Argis conveniunt magistratus Achaeorum, XXIII, 10, 2; XXVII, 2, 11. Sic et pro *Ἄργιον*, quod est XXVIII, 3, 10, apud Livium est Argos, ubi pariter de Achaicorum magistratuum conventu agitur. Argis celebrantur Nemeorum solennia: vid. Nemea. Iunonis Argivae sacerdotes cum Olympiorum victoribus comparavit Timaeus, XII, 12, 1. Argivae sacerdotis filii Cleobis et Biton, XXIII, 18, 7. Argivorum colonia Iasus, XVI, 12, 2; item Rhodus et Soli Ciciliae, XXII, 7, 11. Urbis Argivorum opes miratur L. Aemilius Paulus, XXX, 15, 1.

Argos Amphilochicum, 23 M. P. distans ab Ambracia, XXII, 13, 12.

Argyraspides, argenteis clypeis insignes, in exercitu Antiochi, V, 79, 4.

Ἀργύρασπα. Vid. Arpi.

Arianus, amicus Bolidis Cretensis, cuius opera utitur Bolis ad decipiendum prodendumque Achaeum, VIII, 18 seqq.

Ariarathes circa Olymp. 140 suscipit regnum Cappadociae, IV, 2, 8. Per legatos deprecatur apud Manlium, quod cum Antiocho fecisset; et sexcenta talenta pendit Romanis, XXII, 24, 4 et 7. Cum socio Eumene adversus Pharnacem bellum gerit, III, 3, 6; XXV, 4 seqq.; conf. c. 2, 6; XXVI, 6, 3 et 15; fragm. hist. 6. Pacem facit cum Pharnace, XXVI, 6. Controversias cum Gallograecis disceptat cora[m] M. Iunio legato Romanorum XXXI, 13; conf. c. 12, 13.

Ariarathes, Ariarathis filius, re[x] Cappadociae, patri succed[it] in regnum, XXXI, 14. Amic[i]tiam cum Romanis renov[at] et diis sacra facit ob Rom[a]norum in se benevolentia[m] XXXI, 14 seq. Ad Lysiam [in] Syriam mittit, sororis et m[a]tris ossa repetens, XXXI, 1[5]. Eius hortationi obtemperat a caede quadam abstinet A[n]taxias, XXXI, 15 a. Insign[i]donum Romam mittit, et sc[i]pione et sella eburnea a s[e]natu donatur, XXXII, 3, 3; 1 seqq. Ab Oroferne ope D[e]metrii pellitur regno, III, 2; et Romam venit, XXXI 20. In regnum restituitur A[r]tali opera, III, 5, 2; XXXI 23. XXXIII, 12 a, 2 et 3. D[e]positum Orofernis repetit Prienensibus, XXXIII, 12.

Aribazus, Sardium praefectus VII, 17, 9; 18, 7; VIII, 22, 9 ubi Ariobazus, [quod Aribazus scribendum, quae form[a] est etiam apud alios, alter[i] nusquam.]

Aridices, Rhodiorum legatus a[d] Byzantios, IV, 52, 2.

Ariminum, II, 21, 5; 23, 5, urb[s] ad Adriaticum mare in con[fi]nibus Galliae Cisalpinae et reliquae Italiae, haud procul a Padi ostio, III, 61, 11; 6[5], 1 seq. Ad eam usque progr[e]diuntur Galli Transalpini, [et] Boiorum regibus conducti, II 21, 5. L. Aemilius Cos. cum legionibus eo mittitur, II, 2[3], 5. Eo conveniunt legione[s] Tib. Sempronii ex Sicilia di[-]missae, III, 61, 10; 68, 13 seq.; eodem mittitur Cn. Servili[us]

Cos. ad prohibendum Hannibalem, III, 77, 2; 86, 1 seq. Eodem exercitum in Dauniam ducit idem ad Fabium dictatorem, III, 88, 8.

Ariobazus. Vid. Aribazus.

Arisba, Ἄρισβα, oppidum agri Abydeni, a Gallis Aegosagis occupatur, V, 111, 5.

Aristaenetus Dymaeus equitatui praefectus sub Philopoemene in pugna ad Mantineam, XI, 11, 7.

Aristaenus Megalopolitanus, male nonnunquam Aristaenetus vocatus in codd., legatus Achaeorum ad colloquium Philippi cum T. Quintio, XVII, 1, 4; 7, 2; immerito pro proditore habitus a nonnullis, quod Achaeos ab Aetolis ad partes Romanorum traduxisset, XVII, 13, 7 seqq. Praetor Achaeorum, XXIII, 7, 2. Arguit levitatem quam commiserant Philopoemen et Lycortas in renovatione foederis cum Ptolemaeo, XXIII, 9, 5 seqq. Q. Caecilio obiurganti Achaeos et Philopoemenem tacens assentitur, XXIII, 10, 3; inde suspectus Achaeis, 10, 14 seq. Eius et Philopoemenis comparatio, XXV, 9. Institutum suum in concione defendit, adversante Philopoemene, XXV, 9 a, 1 seq. Philopoemenis praeclarum consilium, Aristaeni honestum, XXV, 9 b, 8. Romanis magis benevolus fuit quam Philopoemen, ibid. 10.

Aristarchus, Phocaeensium legatus ad Seleucum, Antiochi M filium, XXI, 4, 4.

Ari ides et Pericles quamdiu r publicae Atheniensium praefuerunt, plurima Athenienses benigne et graviter fecerunt, IX, 23, 6. Eius abstinentiae laudem superavit L. Aemilius Paulus, XXXII, 8, 6.

Aristides, legatus Antiochi Epiphanis ad Ptolemaeum (minorem, ut videtur), XXVIII, 17, 12.

Aristides, pictor, qui Bacchum pinxit, XL, 7, 3.

Aristocrates, rex Arcadum a suis occisus ob perfidiam in Messenios admissam, IV, 33, 6.

Aristocrates, praetor Rhodiorum, XXXIII, 9.

Aristocratia, una e tribus reip. formis, VI, 3, 5. Quaenam sit vera, VI, 4, 3; quomodo nascatur, 4, 8; 8, 1 seqq.; mutatur in oligarchiam, 8, 4 seqq., a qua multum differt, 3, 11.

Aristodamus, Achaeorum legatus ad gratulandam Romanis ducibus victoriam de Perseo, XXX, 10, 3.

Aristodemus, tyrannus Megalopolitanorum, X, 25, 2.

Aristodemus historicus, VI, 2, 2.

Aristogiton Eleus bello captus a Lyco propraetore Achaeorum, V, 94, 6.

Aristomachus, Argivorum tyrannus (tyrannis prognatus, II, 59, 1) mortuo Demetrio, Philippi patre, tyrannidem abdicavit, II, 44, 3 et 6; 60, 4: mox vero ab Achaeis se rursus separavit et Cleomeni se adiunxit, II, 60, 6. Quum Aratus recipere Argos et ad Achaeos reducere frustra tentasset, 80 primores cives ut cum Achaeis facientes tortos

iugulavit, II, 59, 7 seqq.; deinde captus ab Antigono et Achaeis Cenchreis mari demersus est, 60, 9: de quo supplicio temere multas mendaces tragoedias fecit Phylarchus, 59.
Aristomachus Corinthius Hieronymum Syracusanum monet ut in societate Romanorum maneat, VII, 5, 3.
Aristomenes, rex Messeniorum, quo regnante gestum est bellum cum Lacedaemoniis, Aristomeneum dictum, IV, 33, 2 et 5.
Aristomenes Acarnan putidus Agathoclis adulator; pro eo orans Macedones male accipitur, XV, 31, 6 seqq. Dein regni administrator factus, ibid. § 7. Scopam et Dicaearchum occidi curavit, XVIII, 36 seq.
Ariston, Aetolorum praetor, corpore infirmus, belli curam Scopae et Dorimacho permittit, IV, 5, 1; 9, 9. Nullum esse cum Achaeis bellum stulte contendit, quo tempore in Peloponnesum irruperant Aetoli, IV, 17, 1 seqq.
Ariston Megalopolitanus temporibus cedendum putat intuitu Romanorum bello Persico, XXVIII, 6, 2 et 8. Legatus Achaeorum ad conciliandos reges Antiochum Epiphanem et Ptolemaeos, XXIX, 10, 6.
Ariston, Rhodiorum legatus ad Q. Marcium Philippum Cos. in Macedoniam, XXVIII, 14, 6.
Aristonicus, eunuchus Ptolemaei Epiphanis, vir strenuus et bellicosus, XXIII, 17; mercenarios milites e Graecia adduxerat regi, 16, 6.
Aristonicus, pugil a Ptolemaeo eximio pretio comparatus, XXVII, 8 b, 1. Eum in Graeciam mittit Ptolemaeus ad infringendam Clitomachi in arte athletica gloriam, XXVII, 8 b, 2 seqq.
Aristophantus, Acarnanum praetor, copias suas iungit cum Philippo, V, 6, 1.
Aristoteles Argivus Cleomenis factioni se opponit, et Argos a Cleomene occupatum Achaeis rursus tradit, II, 53, 2.
Aristotelis philosophi traditio de Locrorum origine verior quam Timaei, XII, 5, 5 seqq.; 6, 7 seq.; 6 a et 6 b, seqq.; 8, 2 seqq.; 12, 5. Temere probris eum insectatur Timaeus, XII, 9. Defenditur a Polybio, XII, 8 seq.; 23, 8.
Aristoteles, Rhodiorum legatus Romam de societate, XXXI, 1, 2.
Arius, Ἄριος, fluvius Bactrianae, Tapuriae et Ariae, X, 49, 1: iuxta quem Bactrianos acie vicit Antiochus M., 49, 4 seqq.
Arma. Vid. Gladius, Scutum, Hasta, etc. Arma peditum Romanorum VI, 23; equitum olim parum commoda, dein ad morem Graecorum in melius mutata, VI, 25.
Armaturae Macedonum et Romanorum comparatio, XVIII, 11 seqq.
Armenas, Nabidis filius, Romae obses moritur, XX, 13, 4.
Armosata, urbs Armeniae, inter Euphratem et Tigrim, in Pulchro qui dicitur Campo, VIII, 25, 1.
Aromata Arabiae, XIII, 9, 5.
Arpi (ἡ Ἀργύριππα), oppidum

Dauniae in Appulia: eius agrum populatur Hannibal, III, 88, 6. Arpani, *οἱ Ἀργυριππανοί*, advocant Hannibalem, III, 118, 3.

Arretium, urbs Etruriae: eam obsidere conantur Galli et ante urbem caedunt Romanos, II, 19, 7 seq. Ibi cum exercitu considet C. Flaminius Cos. III, 77, 1; 80, 1. Usque ad Arretinum agrum pertinet Ligniria, II, 16, 2.

Arsaces, rex Parthiae, ad Antiochi M. adventum corrupit puteos et in Hyrcaniam se recepit, X, 28 seq.

Arsinoe, Ptolemaei Philopatoris soror eademque uxor, cum rege ad Rhaphiam hortatur milites, V, 83, 3; 84, 1. Cum eodem Alexandriam redit, 87, 6. Berenices erat filia, mater Ptolemaei Epiphanis, occisa auctore Sosibio, ministro Philammone, favente Dinone, XV, 25, 2; 25 a, 3 seqq.; 25 b, 1; 33, 11. Res eiusdem et Ptolemaei in quartodecimo libro narrabantur, XIV, 12, § 5.

Arsinoe, Lysimachi Thraciae regis filia, uxor Ptolemaei Philadelphi, mater Lysimachi, occisi opera Sosibii, XV, 25, 2.

Arsinoe, urbs Africae et urbs Aetoliae, IX, 46, 1 seq. In Aetolica caede patrata gustato cruore efferantur Aetolorum animi, XXX, 14, 5.

Arsinoensis, civis Arsinoes Aetolicae, IX, 46, 2; XVII, 10, 9.

Artabazanes, potentissimus dynastarum Asiaticorum, V, 55, 2: cum Antiocho quibus conditionibus ille voluit pacem fecit, 55, 10. Eius regnum ubi situm, 55, 6 seqq.

Artaxerxi regi Persarum in venatione occurrens leo equum regis corripuit, fragm. hist. 10.

Artaxias, regulus maioris partis Armeniae, pace comprehensus inter Eumenem et Pharnacem confecta, XXVI, 6, 12. Aliquem occisurus hortationi Ariarathis obtemperans a caede abstinet, XXXI, 15 a.

Artemidorus, praetor Syracusanorum cum Hierone, I, 8, 3.

Artemidorus scriptor corrigit Polybii errorem, XXXIV, 12, 11. Conf. c. 13, 1.

Artemisium, locus Elidis, IV, 73, 4. Conf. Diana.

As Romanus eiusque relatio ad obolum Graecorum, II, 15, 6; VI, 39, 12.

Ascondas et Neo Boeoti Brachyllae maiores Macedonibus faventes, XX, 5, 5 seq.

Asdrubal s. Hasdrubal, Hannonis fil., dux Poenorum in Africa adversus Regulum, I, 30; in Siciliam missus Lilybaei milites exercet, 38. Ad Panormum caeditur a L. Caecilio Cos., 40.

Asdrubal, gener Amilcaris Barcae et classis eius praefectus, succedit Barcae in Hispaniae imperio, II, 1, 9; III, 12, 3; 13, 3. Hispaniam prudenter administrat; Novam Carthaginem condit, II, 13. Prope urbem exstruxisse perhibetur regium palatium, monarchicum affectans imperium, X, 10, 9. Foedus facit cum Romanis de Ibero amne non transgrediendo, II, 13, 7; 22, 11; III, 27, 9 seq.; 29, 3; non tam armis quam comitate sua in regulos Hispaniae,

auxit Poenorum imperium, II, 36, 2. Interficitur a Gallo privatas iniurias ulciscente, II, 36, 1. Eius avaritiam et dominandi cupiditatem causam fuisse ait Fabius secundi belli Punici, III, 8, et eundem pro lubitu omnia in Hispania gessisse et monarchicum affectasse imperium, ibid.

Asdrubal, Hannibalis frater senior, nempe e duobus minoribus, IX, 22, 2. Ei Hispaniae imperium committit Hannibal, expeditionem in Italiam suscepturus, III, 33, 6 et 14 seqq.; IX, 22, 2. Palantes classiarios Romanos caedit, III, 76, 8 seqq. Carthagine Nova hibernat, 76, 11; 95, 2. Ad Iberi fluvii ostia proelio navali vincitur a Cn. Scipione, III, 95, 8; 96. Urbem nescio quam in Carpetanis obsidet quo tempore Carthaginem Novam petit Scipio, X, 7, 5. A Scipione proelio victus ad Baecula ad Tagum se recepit, et inde Pyrenaeum versus, X, 38 seq.; 40, 11. Ex Hispania in Italiam transgressus proelio vincitur a Livio et Nerone Coss., XI, 1. Mors eius et encomium, 2.

Asdrubal, ministeriis militaribus in exercitu Hannibalis praefectus, III, 66, 6; 93, 4.

Asdrubal, nescio an idem qui praecedens, rem labantem Hannibalis ad Gerunium sustinet, III, 102, 6. Laevo cornu praeest in pugna Cannensi, III, 114, 7; in qua prudenter fortiterque rem gerit, 116, 6 seqq.

Asdrubal, Gesconis vel Gisconis filius, dux Poenorum in Hispania, insolenter se gerit; ab Indibili, amico Poenorum, magnam pecuniae vim et filias obsides exigit, IX, 11; X, 35, 6 seqq. In Lusitania circa Tagi ostium versatur, X, 7, 5; 38, 3. Pugna ad Ilipam vincitur a Scipione, XI, 20—24. Eius filia Sophoniba, uxor Syphacis, XIV, 1 b, 4; 7, 6. Eius castra incendit Scipio et magnam caedem edit, XIV, 1—5; cum reliquiis exercitus Carthaginem profugit, XIV, 6, 3, coll. § 13, unde ad novas contrahendas copias mittitur, ibid. Victus acie in Magnis Campis cum reliquiis copiarum Carthaginem redit, XIV, 8.

Asdrubal, praefectus classis Poenorum ad Uticam insidiantis legatis Scipionis Carthagine redeuntibus, XV, 2, 6.

Asdrubal, dux Poenorum, Carthagini praefectus tertio bello Punico, per Gulussam cum Scipione agit, multa statim cum arrogantia; deinde supplex ad victoris genua provolvitur, XXXIX, 1—3, et 3a. Eum supplicem ut humanae stultitiae exemplum praesentibus ostendit Scipio, ib. 3a, 1 seqq. Transfugae aliquot eum maledictis incessunt, ibid. § 4: cui ipsa uxor *ignaviam* exprobrat, ibid. § 5 seqq.

Asia, una e tribus terrae *partibus*, inter Nilum et Tanaim comprehensa, III, 37, 2 seqq. Eius longitudo, XXXIV, 8, *10*. Asiae res gestas ante Ol. 140 multi scripsere, ut non opus habuerit Polybius *altius eas* repetere, II, 37, 6. Asia cis Taurum excedit Antiochus, III, 3, 4. Per Alexandri *do-*

minatum patefacta est itineratoribus, III, 59, 3. Eius ora maritima a Pamphylia usque Hellespontum in regum Aegypti fuit potestate, V, 34, 7. Asiae dynastae Lysanias, Olympichus, Limnaeus, V, 90, 1.

Asine, oppidum munitum Laconicae, V, 19, 5.

Asine, Messeniae oppidum, XVIII, 25, 7, ubi alii Asium, Ἄσιον.

Aspasianus Medus Medis praefectus in exercitu Antiochi, V, 79, 7.

Aspasius Eleus bello captus a Lyco, propraetore Achaeorum, V, 94, 6.

Aspendus, urbs Pamphyliae. Aspendii copias iungunt Garsyeridi pro Pedlenissensibus adversus Selgenses, V, 73, 3 seq. Eos ad obsequium redigit Cn. Manlius, XXII, 18, 4. Conf. Andromachus.

Ἀσπίς. Vid. Clupea.

Assyriae imperium eversum, XXXIX, p. 129 annot. Assyriorum reges quadraginta unus, fragm. hist. 9.

Astapa. In Astapae urbis incendio dum fusum aurum et argentum quaerunt milites Romani, igni ipsi consumuntur, XI, 24, 11.

Astiadis (Dianae) imago Iasi sub dio nec pluitur nec ningitur, XVI, 12, 4.

Astymedes Rhodius cum Romanis faciendum censet bello Persico, XXVII, 6, 3. Romam legatus ad deprecandam Romanorum iram post bellum Persicum, XXX, 4 seq.; 19, 4 seq. Eius orationem improbat Polybius, 4, 10 seqq. Iterum Romam legatus impetrat tandem societatem Romanorum; XXXI, 6, 1; c. 7. Rursus Romam legatus de bello Cretico, XXXIII, 14, 3 seq.

Atabyrii Iovis templum Agrigenti, sicut Rhodi, IX, 27, 7.

Atabyrium, oppidum in monte Coelesyriae (Galilaeae), alias Thabor et Itabyrium; captum ab Antiocho M., V, 70, 6 seqq.

Atella, urbs Opicorum Italiae, inter Capuam et Neapolim. Atellani Romanis se tradunt, IX, 46, 3.

Athamania, Macedoniae finitima, XVIII, 19, 4. Eam adeunt legati Romani, cum Amynandro acturi de bello Philippo inferendo, XVI, 27, 4. Athamanes, XVIII, 19, 4. Eorum rex Amynander, ubi vide. Eorum pars cum Amynandro a Romanis ad Aetolos deficit, XX, 10, 5. Athamaniam ab Aetolis sibi ereptam queritur Philippus, XXII, 14, 4: conf. XXII, 8, 1. Apud Romanos repetunt urbes a Philippo per bellum Antiochicum ipsis ereptas, XXIII, 6, 3; XXIV, 1—10.

Athenae, Athenienses, Attica. Ad eos legationem mittunt Romani post victoriam de Illyriis partam, II, 12, 8. Attalum cum Romanis legatis magna pompa recipiunt per Dipylum intrantem in urbem et tribum de nomine eius nuncupant, XVI, 25. Hortantibus Romanis et Attalo Rhodiisque bellum contra Philippum decernunt, 26. Atticam vastat Nicanor, dux Philippi, 27, 1. Apud Scipiones per legatos intercedunt pro Aetolis, XXI, 2 seq.; rursus, XXII, 8, 10 et c. 12, 1 et

c. 9; 13, 7; 14 toto. Euclidae et Micionis consilio recti, omni cura honesti abiecta turpiter blandiuntur regibus, inprimis Ptolemaeo Philopatori, V, 106, 7 seq. Legationem in Aegyptum ad Ptolemaeum (s. Philometorem s. Physconem) mittunt de nescio qua donatione, et duas sacras legationes, XXVIII, 16, 4. Nescio quem morem continuo servant, IX, 40, 1. Pro Haliartiis quum apud Romanos frustra deprecati essent, turpi consilio agrum eorum sibi petunt, XXX, 18. Ex eorum regione ignominiam potius quam fructum aliquem reportant, XXX, 18 a. Multa incommoda patiuntur cum Deliis decertantes. ibid. Delum et Lemnum petentibus dat senatus, XXX, 18: conf. XXXII, 17, 2. Delii, qui in Achaiam commigrarunt, et ibi civitate donati sunt, res ab iis repetunt ex formula iuris quod Achaeis cum Atheniensibus intercedebat, XXXII, 17. Quum veteres Athenienses ad bellum adversus Lacedaemonios pecuniam ex censu civium conferendam decrevissent, agrorum et omnium fortunarum totius Atticae census non complevit sex millia talentorum, II, 62, 6 seq. Olim quum Chrysopolin tenerent, ad ostium Bospori Thracici portorium exigere primum instituerunt a navigantibus in Pontum, IV, 44, 4. Eorum cognati Lyttii Cretenses, IV, 54, 6. Atheniensium copiae cum ducibus in Sicilia ab Hermocrate captae, XII, 25 k, 9. Immodica adversus Philippum Amyntae contentione in maximas calamitates delapsi sunt, XVII, 14, 13. Victi ad Chaeroneam clementissime habentur a Philippo Amyntae, V, 10, 1 seqq.; XVII, 14, 13 seq.; XXI, 18 seq.; nempe ut alios ille alliceret ad imperium ipsius libentius recipiendum, IX, 28, 4. Eorum reipublicae forma nihil praecipui habuit, VI, 43, 2 seq., similis navi quae gubernatore caret; et in ea maxime dominabatur turba hominum, VI, 44: floruerat praecipue Themistoclis virtute, 44, 2. Eorundem reipublicae Aristides et Pericles benigne et graviter, Cleo et Chares acerbe praefuerunt, IX, 23, 6. Xerxis tempore commodis suis posthabitis a communi Graeciae fortuna discedere noluerunt, XXXVIII, 1 b, 1 seqq. De principatu Graeciae in certamen cum Lacedaemoniis venerunt, ibid. § 4. Ab iis victi urbis moenia evertere coacti sunt, ibid. § 5. Proelium Lacedaemoniorum cum Thebanis participare properantes prohibuerunt Epaminondam ne Mantineam de improviso capere posset, IX, 8, 10 seq. Cassandro turpiter imperata faciunt, quapropter in theatro perstricti sunt a Demetrio Phalereo, XII, 13, 11.
Athenaeum, τὸ Ἀθήναιον, in agro Megalopolitano, adversus Achaeos communit Cleomenes, rex Lacedaemoniorum, II, 46, 5. Postquam Megalopolitanis ab Antigono esset traditum, II, 54, 3, obsidetur a Lycurgo rege Lacedaemo-

niorum, IV, 37, 6; et capit, IV, 60, 3, evertitque, IV, 81, 11.

Athenaeus, frater Eumenis, Romam ab eo legatus mittitur adversus Philippum, XXIV, 1, 4 et 7. Rursus legatus cum Attalo, XXXI, 9, 2. Rursus ab Attalo rege mittitur conquesturus de Prusia, XXXII, 26, 1. Classi praefectus oram infestat Prusiae imperio subiectam, XXXIII, 11, 1.

Athenagoras, praefectus mercenariorum in exercitu Philippi, XVIII, 5, 2.

Athinis, dynasta Aegyptius, quum a Ptolemaeo Epiphane defecisset, eique rursus se tradidisset, ab eo ad currum revinctus trahitur necaturque, XXIII, 16, 4 seq.

Athyrnus fl. III, 92, 1.

A. Atilius Calatinus Cos. cum C. Sulpicio Panormum frustra tentat, plures Siciliae urbes capit, I, 24, 9. Consul iterum cum Cn. Cornelio capit Panormum, 38, 6.

A. Atilius, legatus Romanus cum Q. Marcio in Graeciam et Peloponnesum initio belli Persici, XXVII, 2, 11.

C. Atilius Regulus Cos. ancipiti pugna navali defungitur ad Tyndaridem, I, 25. Consul iterum cum L. Manlio, I, 39, 15, oppugnat Lilybaeum, 41—48.

C. Atilius Regulus, M. F., Cos. in Sardiniam profectus, II, 23, 6. Inde rediens cum exercitu Pisis exposito occurrit Gallis ab Etruriae devastatione domum redeuntibus, II, 27. Occiditur in pugna cum Gallis, 28, 10.

C. Atilius praetor auxilio mittitur L. Manlio cum quarta legione a Boiis obsesso, III 40, 14.

M. Atilius Regulus Cos. cum S. Manlio, I, 26. Eius acies navalis triquetra quadripartito divisa, ibid.; proelium navale triplex, 27; victoria, 28. Appellit in Africam; Clupeam capit et Tunes aliasque urbes, I, 29 seq.; dura Poenis imperat, 31; proelio superatur duce Poenorum Xanthippo, 33 seq.; capitur a Poenis, 34, 8.

M. Atilius Regulus, consul suffectus Flaminio, in pugna ad Trasimenum lacum occiso, III, 106, 2. Mediam aciem tenet in pugna Cannensi, III, 114, 6; cadit in pugna, 116, 11.

Atintanes, Ἀτιντᾶνες, Epiri populus, II, 5, 8, tradunt se Romanis, II, 11, 11. Atintania, VII, 9, 13.

Atis, Boiorum rex, a suis occisus, II, 21, 5.

Atlanticum mare, τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, Oceanus a nonnullis appellatum, XVI, 29, 6. Ἡ ἐκτὸς Θάλαττα, Mare externum, dictum, III, 37, 9 et 11; XVI, 29, 9. Id navigavit Polybius, III, 59, 7; et de eius natura et indole ex professo se dicturum promittit, III, 57, 2 et 5; XXXIV, 15, p. 84, 25.

Atlas mons et alia geographica Africae, XXXIV, 15, p. 85, 1.

Atrata gens ad Eridanum fluvium, II, 16, 13.

Atreus solis cursum conversioni coeli contrarium docuit, eoque vates et antistes sacro-

rum nominatus est, XXXIV, 2, 6.

Atropatios probabiliter scripsit Casaub. V, 44, 8 et 55, 2, pro eis qui ibi *οἱ Σατράπειοι* et *αἱ Σατραπεῖαι* vulgo dicuntur.

Attalica tribus Athenis, XVI, 25, 9.

Attalus, pater Eumenis et Attali, rex Pergami, mortuo Seleuco Callinico omnem cis Taurum Asiam sibi subiecerat; quam ei Achaeus cum Seleuco Cerauno Taurum supergressus rursus eripuit, et intra paterni regni fines, id est intra Pergamum, eum conclusit, IV, 48. Ludos celebrat Minervae, ad quos Byzantii legatos mittunt, 49, 3. Cum Achaeo continuum bellum gerit, V, 77, 1. Eidem Aetolidis et Mysiae urbes eripit, Gallorum Aegosagarum opera, quos ex Europa acciverat, 77, 2 seqq. Pergami sedem habet, 78, 6. Qui cum Attalo controversias habebant post Ol. 140, non amplius Antiochum et Ptolemaeum, sed occidentem spectabant, V, 105, 7. Cum eo societatem adversus Achaeum contrahit Antiochus M., V, 107, 4. Socius Romanorum et Aetolorum adversus Philippum et Achaeos, IX, 30, 7 seqq.; X, 41, 1. Peparethum insulam occupat, X, 42, 1. Propemodum in Philippi potestatem venit, XI, 7, 1. Aeginam ab Aetolis emit triginta talentis, XXIII, 8, 10. Agrum eius Pergamenum et sacra loca vastat Philippus, XVI, 1. In pugna navali ad Laden nondum stat cum Rhodiis, XVI, 1 a, 1. Sociis Rhodiis pugnam navalem ad Chium pugnat cum Philippo satis felici eventu, XVI, 2—9; ipse tamen naves suas in continentem eiicere coactus aegre Erythras evadit, XVI, 6. De pugna ad Laden vid. XVI, 14 seq. Post eas pugnas novos apparatus belli facit XVI, 24, 1. Athenas invitatur et magna cum pompa ibi recipitur, XVI, 25 seq. Abydenis auxilia mittit adversus Philippum, 30, 7; ipse Tenedum venit succursurus eis frustra, 34, 1. Eius postulata per legatum in colloquio Philippi cum T. Quintio, XVII, 2, 2; 6, 1 seqq.; 8, 10. Summis honoribus ornatus a Sicyoniis ob beneficia in eos collata, XVII, 16. Mors eius et encomium, XVIII, 24. Eius merita in Romanos commemorat filius Eumenes Romae apud senatum, XXII, 3, 2 seqq. Mortuus est infirmitate contracta ex contentione, qua Boeotos ad societatem Romanorum hortatus est, XXII, 3, 5; XVIII, 24, 10. Uxor eius Apollonis Cyzicena, femina memorabilis, XXIII, 18.

Attalus, Attali filius, Eumenis frater, Cn. Manlium Vulsonem Cos. comitatur in expeditione in Galatiam, XXII, 22. Honore matri Apollonidi habito magnam laudem consequitur, XXIII, 18, 4 seqq. Roma legatus redit, et Eumenem comitatur in bellum cum Pharnace, XXV, 4, 4 et 11. Per Eumenis morbum inducias facit cum Pharnace, et rursus legatus Romam abit

cum minoribus fratribus, XXV, 6. Operam dat ut honores Eumeni in Peloponnesi urbibus sublati restituantur, eoque amorem suum in fratrem praecipuum testatur, XXVII, 15; XXVIII, 7: idque obtinet XXVIII, 10, 7. In bello Persico nihil propemodum Romanos adiuvit, XXIX, 1 c, 2; a senatu tamen benigne accipitur, ibid. Rursus Romam legatur post bellum Persicum, ubi ei blandiuntur Romani, et ad dissensionem cum fratre Eumene concitare student, XXXI, 1. A parum sano impetu eum revocat Stratius medicus, ab Eumene submissus, c. 2 seq. Rursus cum fratre Athenaeo Romam mittitur, ad respondendum querelis Prusiae, XXXI, 9; rursus, XXXII, 3, et benigne accipitur, 5, 5 seqq. Mortuo Eumene regnum administrat pro pupillo filio fratris, XXXII, 23, 8: conf. XXX, 2, 6; XXXIII, 16, 1: statimque Ariarathem in regnum Cappadociae restituit, ibid. Conf. III, 5, 2. Mox a Prusia bello petitur et acie vincitur, XXXII, 25; 26, 1 seq. Athenaeum fratrem Romam mittit, 26, 1; simul exercitum cogit et auxilia ab Ariarathe et Mithridate sociis asciscit, XXXIII, 10. Classem ei administrat Athenaeus, 11, 1 seqq. Mox intercedentibus Romanis pax conciliatur inter Attalum et Prusiam, 11, 4 seqq. Eum Romani prohibent ab inferendo Prusiae bello, XXXVII, 1 h, 1.

Attalus, Eumenis filius (conf. XXX, 2, 6), Romam venit et benigne accipitur, XXXIII, 16, 1 seqq.

Atticum argentum. Vid. Argentum.

Attis et Battacus, antistites templi Deae Pessinuntiae, XXII, 20, 5.

Aufidus fluvius unus ex omnibus Italiae fluviis qui Apenninum montem permeat; fontes habet inter Apenninum et mare Etruscum, exit in Adriaticum, III, 110, 8 seq. Iuxta eum committitur pugna Cannensis, III, 110 seqq.; IV, 1, 2.

Aulus. Vid. Atilius, Hostilius, Postumius, etc.

Aurea signa bellica Insubrium, II, 32, 6. Aureis argenteisve laminis obductae fuerant trabes, lacunaria, et columnae in regia Ecbatanorum, X, 27, 10 seqq.; *πλίνθοι χρυσαῖ*, ibid. § 12. quae videntur esse capita columnarum. Conf. Aurum. Aurei signati, IV, 56, 3.

L. Aurelius Orestes, legatus Romanus in Asiam et Syriam, XXXI, 12, 9. Legatus in Achaiam Romam reversus queritur in vitae periculum se esse Achaeorum culpa adductum, XXXVIII, 1, 1 seqq.; Conf. 2, 1.

Aurorae imago praefertur in pompa Antiochi Epiphanis, XXXI, 3, 15.

Aurum. De auri argentique metallis in Hispania ex professo se dicturum promittit Polybius, III, 57, 3. Auri metalla prope Aquileiam in Tauriscis Noricis ditissima, XXXIV, 10, 10 seqq. Libra una auri aequiparatur decem libris argenti, XXII, 15, 8.

C. Aurunculeius, legatus ad Prusiam et Attalum, XXXIII, 1, 2.
Ausetani, *Αὐσητανοί*, fortasse scribendum III, 35, 2, pro Andosini.
Ausones, *Αὔσονες*, ad sinum Neapolitanum incolunt: eos ab Opicis discretos facit Polybius; eosdem esse statuit Antiochus, XXXIV, 11, 5—7. Ausonium mare ultra Siciliam ad Salentinos, XXXIV, 15, p. 84, 20.
Auspicium apud Romanos excusatio legitima est eis qui sacramento tenentur ad conveniendum in armis, VI, 26, 4.
Auster, *νότος*: ei oppositi Etesii, id est boreas, IV, 44, 6 et 10.
Autaritus, dux Gallorum in exercitu mercenariorum bello Poenorum Africo, I, 77, 1 et 4; 79, 8: saeva suadet rebellibus, 80. In potestatem venit Poenorum, 85; e cruce suspenditur, 86, 4.
Autolycus, gubernator quinqueremis Rhodiae in pugna ad Chium, XVI, 5, 1 seqq.
Autonus Thessalus salutaria suadet Hieronymo Syracusano, VII, 5, 3.
Auxilia. Vid. Socii et Legio.
Azanis, *ἡ Ἀζανίς*, pars Arcadiae, IV, 70, 3, dicta ab Azane, Arcadis filio.
Azorium, *Ἀζώριον*, urbs Perrhaebiae, XXVIII, 11, 1.

Babrantium, locus prope Chium, XVI, 41, 1.
Babylonia potitur Molo, V, 48, 13; 52, 4. Regio circa Babylonem, V, 51, 3.
Babyrtas, homo impurus Messenius, IV, 4, 5 seqq.
Βαχναῖοι fortasse legendum III, 33, 15, id est Vaccenses, pro *Μαχνοῖοι*.
Bacchus ab Aristide pictus; a quo ortum proverbium Nihil ad Bacchum, XL, 7, 3.
Bactriana: eam perfluit Oxus fluvius, X, 48, 4. In ea Zariaspa, 49, 15. Regionis incolae *Βακτριανοί* et *Βάκτροι*, X, 49, 6, 8, 11: contra quorum regem Euthydemum expeditionem suscepit Antiochus M., X, 49; XI, 34.
Bactrorum obsidio XXIX, 6a, 5.
Badiza, oppidum Bruttiorum, XIII, 10, 4, Livio Besidiae.
L. Baebius, legatus a Scipione Carthaginem missus, XV, 1 seq., castris praeficitur a Scipione, XV, 4.
M. Baebius, legatus Romanorum in Macedoniam, XXIII, 6, 6.
Baecula, *Βαίκυλα*, urbs Hispaniae in Oretanis, haud procul Castulone et Castulonensi saltu, X, 38, 7. Ibi Asdrubal, Hannibalis frater, vincitur a Scipione, X, 39. Adde XI, 20, 5.
Baetica Hispania, XXXIV, 9, 1.
Baetis, Hispaniae fluvius, XIX; XXXIV, 9, 12.
Balacer vel Balacrus, pater Pantauchi, amici legatique Persei, XXVII, 8, 5. Filius Pantauchi, obses datus Genthio a Perseo, XXIX, 3, 6.
Balas. Vid. Alexander Balas.
Baleares, *Βαλιαρεῖς*, nomen proprium funditores significans, III, 33, 11; mercenarii Poenorum, I, 67, 7; III, 33, 16. Ab Hannibale in Africam missi securitatis causa, III,

33, 11. Iunguntur in pugna cum iaculatoribus, III, 113, 6, et passim alias.
Ballistis lapides triginta atque etiam sexaginta librarum iaculantibus usus est Philippus, IX, 41, 8. Adde Talentum.
Bantia, *Βαντία*, oppidum Illyrici in finibus Calicoenorum, captum a Philippo, V, 108, 8.
Barbari Graecis sunt Romani, IX, 38, 5 et 7.
Barcas, cognomen Amilcaris, patris Hannibalis, I, 56, 1.
Barce, urbs Cyrenaicae. Hinc Barcaeus Ammonius, V, 65, 8.
Bardylis, Illyriorum rex, XXXIX, 16, 3.
Bargusii, populus Hispaniae citerioris; subacti ab Hannibale, III, 35, 2 et 4.
Bargylia (*τὰ*), Cariae urbs, capta a Philippo, qui ibi hiemat, XVI, 24, 1 seq. Petentibus Rhodiis, invito Philippo, liberatur a Romanis, XVII, 2, 3; 8, 9; XVIII, 27, 4; 31, 2; 33, 1. Ibi erat miraculosum simulacrum, XVI, 12, 3. Cives, *Βαργυλιῆται*, XVI, 12, 3. Bargylieticus sinus, idem qui sinus Iasius, XVI, 12, 1.
Barmocal Poenus subscripsit formulae foederis Hannibalis cum Philippo, VII, 9, 1.
Barnus, *Βαρνοῦς, οὔντος*, oppidum Macedoniae, praeter quod transit via Ignatia, XXXIV, 12, 8.
Bastarnae: de eis Romae queruntur Dardaniorum legati, XXVI, 9.
Batanaea, *Βαταναία*, recepta ab Antiocho M., XVI, 39, 3.
Bathea (*βαθεῖα*), via in urbe Tarento, VIII, 31, 1; 35, 6.
Battacus et Attis, antistites templi Deae Pessinuntiae, XXII, 20, 5.
Belbinas ager in Arcadia: castella ibi a Cleomene exstructa capit Antigonus et Megalopolitanis tradit, II, 54, 3.
Belli et Titti, *Βελλοὶ καὶ Τιττοί*, populi Celtiberici Romanarum partium, legatos Romam mittunt, XXXV, 2, 3 seqq.
Benacus lacus in Alpibus, XXXIV, 10, 19.
Beneventum, colonia Romana in Samnio, III, 90, 8. Beneventanum agrum incursant Romani, ibid.
Berenice, Ptolemaei Philadelphi filia, Ptolemaei Euergetae soror, nupta Antiocho Deo, Syriae regi. Ei aquam e Nilo bibendam mittere solebat pater, fragm. hist. 54. Ob eius casum Seleuco Callinico iratus Ptolemaeus Euergetes Syriam bello petit, V, 58, 10 seq.
Berenice, Magae filia et Magae mater, uxor Ptolemaei Euergetae, mater Ptolemaei Philopatoris, occiditur a Ptolemaeo filio, Sosibii opera, V, 36; XV, 25, 2.
Berga, Macedoniae oppidum; unde Bergaeus Antiphanes, scriptor rerum incredibilium, XXXIV, 6, 15. Euemerum Eratosthenes Bergaeum appellavit, id est fabulosum scriptorem, XXXIV, 5, 12.
Beroea, urbs Macedoniae. Hinc Beroensis Medon, XXVII, 8, 5, et Beroeaeus Adaeus, XXVIII, 8, 1.
Berytus, Phoenices s. Coelesyriae urbs: fauces ad eam pulsis Ptolemaei ducibus

occupat Antiochus, V, 61, 9 seq. Arado profectus Theuprosopon promontorium praetergressus eo venit Antiochus M., capta in transitu Botry et crematis Triere et Calamo, V, 68, 8.

Bessi, *Βεσσοί*, populus Thracicus; quorum fines invasit Philippus, XXIV, 6, 4.

Bibliothecarum commoditas, XII, 27, 4.

Bilius. Vid. Duilius.

Bionidas Lacedaemonius occisus a factione Aetolica, IV, 22, 11.

Bithynia, Bithyni. Conf. Prusias. Bithyniae regnum ad Tiboetem pari iure atque ad Prusiam visum est pertinere, IV, 50, 9. Quaecunque loca Bithyni Byzantiis in Mysia ademerant, restituere eis coguntur ex pacis lege, IV, 52, 9.

Biton et Cleobis, Argivae sacerdotis filii, pietate in matrem insignes, XXIII, 18, 7.

Bodencus ab indigenis nominatur Padus fluvius, II, 16, 12.

Boearum agrum in extrema Laconica populatur Philippus, V, 19, 8.

Boei sive Boii, *Βοιοί*, oppidum Illyriae ad Lychnidium lacum, captum a Philippo, V, 108, 8: nisi *Βοιβίους* pro *Βοιοὺς* legendum, intelligendique cives oppidi, cui nomen Boebe, *Βοιβή*.

Boeotarcha Brachyllas, XVIII, 26, 3.

Boeoti, socii Antigoni et Achaeorum bello Cleomenico et Sociali, II, 65, 4; IV, 9, 4; 15, 1 seq. Universae Boeotorum gentis (*τῶν Παμβοιωτίων*) conventum perfide violarunt Nicostratus Aetolus, Dorimachi pater, et Lattabus, IV, 3, 5; IX, 34, 11. Adversus Aetolorum, Romanorum et Attali societatem opem implorant Philippi, X, 41, 3: conf. 42, 2. A T. Quintio impetrant ut eis qui contra Philippum militaverant impune redire liceat; cui favori male respondentes Brachyllam Macedonibus faventem Boeotarcham creant, XVIII, 26. Post Leuctrica tempora minuta et perdita eorum gloria, XX, 4 seqq. Mox cum Achaeis faciunt, mox rursus cum Aetolis; inde Macedonibus se tradiderunt, c. 4 seq.; inde ad convivia et crapulam conversi sunt, 4, 7, et c. 6, 1 seqq. Ab eorum republica Megarenses ad Achaeos redierunt, 6, 7 seqq. Praetor eorum Amaeocritus, XX, 4, 2. Antiochum Thebis recipiunt, XX, 7, 5. Novae eorum turbae; exsules suos Romanis faventes recipere nolunt; Macedonibus favere pergunt; Achaeis ius reddere recusant; inde belli origo, XXIII, 2. Praetor Hippias, dein Alcetas, XXIII, 2, 3. Boeoticorum legatorum Delphis caedes a Perseo iussa, XXII, 2 a, 5, et 22 a, 5. Commune Boeotorum dissolvitur; ipsi abstrahuntur a societate Persei, XXVII, 1. Mortuo Mnasippo tranquillitas Boeotiae rediit, XXXII, 21, 2. Boeoti infelices XXXVIII, 1 c, 6.

Boii, Gallicus populus Cispadanus, inter Ananes s. Anamares et inter Lingones habitans, II, 17, 7; 28, 4, conter-

minus ditioni Romanorum, II, 21, 9. (Cum his non confundendi Boei; quos vide). Post Insubres potentissimi inter Galliae Cisalpinae populos, II, 21, 1. coll. c. 17, 4. Adversus Romanos profecti cum Etruscis caeduntur ad Vadimonem lacum, II, 20. Suos reges Atin et Galatum occidunt et mutuis caedibus in se ipsi gassantur, 21. Cum Insubribus adversus Romanos incitant Gaesatas, 22 seq. In eorum ditionem Romanorum in gratiam impressionem facturi erant Veneti et Cenomani, II, 24, 8. Proelium committunt (ad Telamonem) cum L. Aemilio et C. Atilio Coss., II, 28 seqq.: braccati pugnant et levi sago induti, 28, 7; cominus fortissime pugnant, solo genere armorum victi, 30, 7. Romanis se tradunt, 31. Cum Insubribus deficiunt a Romanis; Mutinam, Romanorum coloniam, obsident; Romanorum triumviros agris dividendis perfidi prehendunt; Romanam legionem caedunt, reliquos includunt, III, 40. Ad eorum fines accedit P. Scipio Massilia rediens, 56, 6. Cum Hannibale amicitiam faciunt, eique Romanos triumviros vinctos tradunt, quos ille his custodiendos reddit, 67, 6 seq.

Bolax, oppidum Triphyliae, IV, 77, 9, in deditionem accipitur a Philippo, 80, 13.

Bolis Cretensis a Sosibio Sardes mittitur ad liberandum Achaeum, VIII, 17 seq.: sed is Cretica perfidia Achaeum Antiocho prodit, VIII, 18 seqq.

Bomilcar, *Βομίλκας*, rex Carthaginis, pater Hannonis eius qui in Hannibalis fuit exercitu, III, 42, 6. Conf. III, 33, 3.

Bomilcar, *Βομίλκας*, classis praefectus Poenorum, auxilio mittitur Tarentinis adversus Romanos, IX, 9, 11.

Boodes, senator Carthaginiensis, ab Hannibale seniore in Liparam missus adversus Cn. Cornelium, I, 21, 6.

Bos, *ἡ Βοῦς*, locus in Asia, ad Bosporum Thracicum, IV, 43, 6 seq.; 44, 3.

Bosporus Cimmerius, *ὁ Κιμμερικὸς Βόσπορος*, os Paludis Maeotidis, IV, 39, 3; XXXIV, 7, 14.

Bosporus Thracius, IV, 39, 4: eius descriptio, 43 seq. Bosporum ponte iunxit Darius, 43, 2.

Bostar, *ὁ Βώστωρ, τοῦ Βώστορος*, dux Carthag. ab Hasdrubale ab Iberum fl. missus adv. Romanos, III, 98, 5; deceptus ab Abilyce Hispano tradit ei obsides Hispanorum, qui Sagunti erant, Romanis prodendos, 98 seq.

Bostarus, *ὁ Βώσταρος*, dux Poenorum in Africa adv. Atilium Regulum, I, 30, 1. Auxiliorum praefectus in Sardinia, interficitur a rebellibus mercenariis, 79, 2.

Botrys, Phoenices oppidum, captum ab Antiocho Magno, V, 68, 8. De eius situ conf. Berytus.

Botrys Siculus, scriptor obscoenus, XII, 13, 1.

Bottia (alias Bottiaea), Macedoniae regio, V, 97, 4.

Braccati Galli, II, 28, 7.

Brachylles, Boeotus (puto Thebanus), filius (ut videtur) Neonis, nepos Ascondae, Macedonibus faventium; victo

Cleomene Spartae praefectus est ab Antigono Dosone, XX, 5. Comes Philippi in colloquio cum T. Quintio, XVII, 1, 2. Victo a Romanis Philippo cum aliis Boeotis, qui Philippo militaverant, a T. Quintio incolumis remittitur et Boeotarcha a suis creatur, XVIII, 26, 1—3. Permittente Quintio occiditur a factione contraria, quae cum Romanis faciebat, XVIII, 26, 5 seqq.; XX, 7, 3; XXIII, 2, 7.

Brasidas, fragm. hist. 15.

Brennus. Pars Gallorum, qui cum Brenno patria excesserant, declinavit Delphicam cladem et in Thracia sedes cepit, IV, 46, 1. Galli cum Brenno, victo Ptolemaeo Cerauno, contemtis Macedonibus, in mediam Graeciam irruerant, IX, 35, 4: eorum impetui soli Aetoli restiterant, IX, 30, 3.

Britannia, ἡ *Βρεττανική*. Eam totam se peragrasse ait Pytheas et multa mira de ea narravit, XXXIV, 5, 2 et 8; 10, 7. De Britannicis insulis copiose se commodo loco dicturum promittit Polybius, III, 57, 3; XXXIV, 1, 6. De Britannia nemo mercatorum Massiliensium nec Narbonensium nec Corbilonensium dicere quidquam inquirenti Scipioni potuerat, XXXIV, 10, 7.

Brochi, *οἱ Βρόχοι*, castellum in faucibus Coelesyriae, V, 46, 1; 61, 8. Conf. Gerrha.

Brundusium, *Βρεντέσιον*. Inde Apolloniam cum exercitu appellit Postumius, II, 11, 7. Priusquam conditum esset, Tarentinus portus celeberrimus erat, X, 1, 9. Eo appellit classis Rom. ex Asia rediens, XXII, 7, 16, et Eumenes ex Asia Romam petens, XXX, 17, 7. Ex Brundusio Attalus Romam ut veniret permiserunt Romani XXIX, 1 c, 2. Vir Brundusinus Hannibali Clastidium prodidit, III, 69, 1.

Bruttii, ἡ *Βρεττία*, et gens *Βρέττιοι*, in ora inferioris Italiae, X, 1, 3. Per Dauniam et Bruttios Rhegium petit Hannibal, IX, 7, 10. Res Bruttias Hannibali administravit Mago, IX, 25, 1. In Bruttiorum angulum conclusus est Hannibal, XI, 7, 1. Bruttium agrum, *τὴν Βρεττιανὴν* (conf. Steph. Byz. v. *Βρεττία*), populatur Amilcar Barca, I, 56, 3; eundem Agathyrnaeis populandum dat M. Valerius Laevinus, IX, 27, 11, coll. Liv. XXXVI, 40. Bruttiorum oppida Badisa et Lampetia, XIII, 10, 1 seq.

Bubali pulcherrimi in Africa, XII, 3, 5.

Bubastus, urbs Aegypti; eius praefectus Adaeus, XV, 27, 6.

Buccina signum datur vigiliarum, VI, 35, 12. Ea convocantur greges in Italia, XII, 4, 6 s.

Buchetus, oppidum Epiri, XXII, 9, 8.

Bumilcar. V. Bomilcar 7.

Bura, urbs Achaeorum ex 12 primis olim foederatis, II, 41, 8. Burii instaurato dein foederi mox accedunt, occiso tyranno, II, 41, 13.

Bylazor vel Bylazora, urbs maxima Paeoniae, occupatur a Philippo, V, 97, 15.

Βυσσάτις. Vid. Byzacium.

Byttacus Macedo, levi armaturae praefectus in exercitu

Antiochi in Coelesyria, V, 79, 3; 82, 10.
Byzacium, ἡ Βυσσάτις (sive Βυσσακῖτις), Africae regio, III, 23, 2; XII, 1, 1.
Byzantium, IV, 39, 5; 43, 7; 44, 1. Situs urbis a mari opportunissimus, IV, 38 et 44; incommodus a parte continentis, unde perpetuis bellis Byzantii premebantur a Thracibus et Gallis, Tantaleum saepe supplicium patientes, IV, 45 seq. Gratiam eis debent Graeci, quibus carendum foret omni fructu commercii e Ponto, si Byzantii eos prohibere vellent transitu per Bosporum, IV, 38, 6 et 10. Gallis gravissima tributa pendunt, quare portoria a navigantibus in Pontum exigere coguntur, 46. Bellum eis indicunt Rhodii, IV, 47. Auxilia petunt ab Attalo, et Achaeo, quorum mutuum inter se bellum dirimere statuerunt, 48, 1; 49, 2. Eis iratus est Prusias, quod ad Soteria ipsius legatos non misissent, 49, 3. Mysiae partem tenent in Asia, quam eis eripit Prusias, et Hieron castellum, magno aere emtum, 50, 2 seqq. Tiboetem adversus Prusiam excitant, 50, 1 et 8 seq. Pacem faciunt cum Rhodiis et Prusia, qua nullum amplius vectigal a navigantibus in Pontum se exacturos promittunt, IV, 52, 5. Byzantiis intercedentibus Ptolemaeus Philopator legationibus differt Antiochum Magnum, V, 63, 5. Contra Thraciae regulos auxilia eis promittit Philippus, XXIII, 14, 12.
Cabyle, urbs Thraciae, XIII, 10, 7. Gentile Cabylenus, ibid.
Cadi, oppidum Asiae, in Phrygiae, Mysiae et Lydiae confiniis, XXXIII, 10, 2.
Cadmea per dolum capta a Phoebida Lacedaemonio, IV, 27, 4.
Cadusii, Asiae populus, a septentrione Mediae, V, 44, 9. Sunt in exercitu Antiochi, V, 79, 9.
L. Caecilius Metellus, Cos. cum C. Furio, Thermam et Liparam capit, I, 39; ad Panormum caedit fugatque Asdrubalem, 40.
Lucius Caecilius Metellus, praetor, cadit in pugna cum Gallis ad Arretium oppidum, II, 19, 8.
Q. Caecilius Metellus, legatus Romanorum ad iudicandas Philippi cum finitimis populis controversias, XXIII, 6, 6; 10, 1; 11, 1 seqq., obiurgat Achaeos ob ea quae Spartae egerant praetore Philopoemene, 10, 2 seqq.; 12, 8; postulat concilium gentis Achaeorum, quod ei negant magistratus, quod scriptum senatus mandatum non haberet, 10, 10 seqq.; 12, 5 seqq. Inique ab eo secum actum queritur Philippus, XXIV, 2, 7. Denuo legatus mittitur in Peloponnesum, XXIV, 4, 8.
Q. Caecilius Metellus, praetor Macedoniae, legatos mittit ad Achaeos, sed conditiones eius temere respuuntur, XXXVIII, 4, 1 seqq.; conf. 5, 9. rursus, XL, 4. Diaeum cum exercitu opprimit in Phocide, XL, 1, et 6, 11.
Calabri, in ora inferioris Italiae, X, 1, 3.
Calamae, Messeniorum castellum, proditione captum a Ly-

curgo, tyranno Spartanorum, V, 92, 4.
Calamus, Coelesyriae s. Phoenices oppidum, crematum ab Antiocho, V, 68, 8. De eius situ conf. Berytus.
Calamus odoratus colligitur e paludibus quae sunt in Marsya Campo, V, 45, 10.
Publius Cornelius Scipio, Publii filius, Africanus Maior, pene constanter nude ὁ *Πόπλιος* vocatus, passim tamen *Σκιπίων*. Integrum nomen *Πόπλιος Κορνήλιος Σκιπίων* exstat, XXIV, 9, 7. Africani cognomen de hoc Scipione nusquam apud Polybium commemoratur; sed ei aequivalet XV, 35, 6. *Πόπλιος Σκιπίων ὁ πρῶτος καταπολεμήσας Καρχηδονίους*; qua nota etiam quodammodo cognomen Maioris s. superioris continetur: alias vero suo sermone Polybius non Maiorem, sed Magnum, *τὸν Μέγαν*, cognominatum ait, nec diversa tamen (ut videtur) sententia, XVIII, 18, 9; XXXII, 12, 1; 13, 1. De eius ingenio et instituto ex professo agit Polybius X, 2 seqq.; non felix solum fuit, ut vulgo ferunt,

sed et prudens, X, 2, 5—7; liberalis, magnificus, sagax, sobrius, X, 3, 1; comis, blandus, simulque industrius, 5, 5 seqq.; 7, 1 seqq.; consilia sua, ubi opus erat, tegens, 9, 1. Quod divino spiritu se afflatum simulavit, simile fuit Lycurgi institutum, X, 2, 8 seqq. et c. 4 seq.: conf. c. 11, 7 seq.; 14, 11 seq. Iuvenis patrem servavit et ab eo Servator est salutatus, X, 3. Aedilis creatur iuvenis admodum, simul cum fratre, X, 4 seq. Annos natus 27, imperator in Hispaniam missus Novam Carthaginem oppugnat capitque, X, 6—20. Consilium suum in oppugnanda Nova Carthagine exposuit in epistola ad Philippum regem scripta, X, 9, 3. Obsidum Hispanorum Carthagine captorum singularem curam habet, X, 18. Continentiae egregium specimen edit, 19. Nobilissimos captivos per Laelium Romam mittit, 18, 1 seq.; 19, 8. Varia exercitia militaria instituit, 20, 1 seqq.; officinae belli totam urbem similem reddit, Tarraconem hibernatum redit, 20, 4 seqq.; 34, 1. Edeconem, Mandonium, Indibilem, regulos Hispanorum, in fidem accipit, X, 34—38. Rex ab Hispanis salutatus declinat id nomen, X, 38, 3; 40, 2 seqq.; magnitudine animi omnes mortales superans, 40, 6 seqq. Asdrubalem, Hannibalis fratrem, proelio vincit ad Baecula, X, 39. Asdrubalem, Gisconis filium, et Magonem et Masinissam proelio vincit ad Ilipam, ubi solertes motus peragit, XI, 20—24. Eius responsum ad quietem victo Asdrubale cohortantibus, XI, 24 a, 1 seqq. In colloquio cum Syphace comite dextreque se gerit, ib. 4. Seditionem militum feliciter sedat, 25—30. Victo Indibile rebelle, Romam triumphans redit ex Hispania, XI, 31 seqq. In Africa Uticam obsidet XIV, 1, 2; 7, 1. Syphacem legationibus ludit, XIV, 1, seqq. et c. 2. Syphacis et Asdrubalis castra incendit, seq. Castra hiberna ad Uticam ab oriente habet in promontorio, 6, 7. Poenis cum Syphace acie victis in Magni Campis plura Africae oppida capit, 8 seq. Castra ad Tunetem fugientibus Poenis occupat, sed mox Uticam ad ferendum suis auxilium redit 10. Cum Poenis de commeatu per induciarum tempus interceptо expostulat per legatos quibus redeuntibus insidiantur Poeni, XV, 1 seq. Plura Africae oppida vi subigit. Masinissam domum profectum revocat; legatos Poenorum Roma redeuntes in Romana castra salvos Carthaginem mittit, XV, 4; speculatores Hannibalis e castris suis incolumes dimittit, 5, 4 seqq.; positis ad Naragaram castris, 5, 14; colloquio cum Hannibale frustra instituto, c. 6 seqq.; pugna ad Zamam vincit Hannibalem, c. 9—16; conf. c. 5, 3. Pacem dat Poenis, XV, 18 seq. Triumphans ex Africa Romam redit, XVI, 23. Eo iudice sollertissimi in rerum administratione viri et cum iudicio audacissimi fuerunt Dionysius et Agathocles

Siculi, XV, 35, 6. Lucio fratri ad bellum cum Antiocho proficiscenti legatus datus Aetolos pacem petentes humaniter excipit, et fratri persuadet ut inducias eis daret, XXI, 2 seq. Prusiam per litteras in amicitia Romanorum confirmat, XXI, 9. Salius quum esset, Anciliorum tempore non licebat ei Hellespontum traiicere, 10. Publium privatim conveniunt legati Antiochi, c. 11 extr. et seq. Filius eius initio belli captus fuerat ab Antiocho, 12, 2 seq. Victo Antiocho fert conditiones pacis, 13 seq. Quum dies ei esset dicta, defendit se coram populo, XXIV, 9, 6 seqq. Quaestore aerarium recludere nolente, in re gravi illud ipse sumtis clavibus reserat, XXIV, 9 a, 1. Quum in senatu rationes ab eo repeterentur, negat oportere a se cuiquam reddi rationem, ib. 2 seqq. Mortuus est circa idem tempus quo Philopoemen et Hannibal, ibid. Eius uxor Aemilia; vid. Aemilia. Duae filiae, altera Ti. Graccho nupta, altera Scipioni Nasicae, XXII, 13. Ad eundem Africanum Maiorem pertinere videntur fragmenta hist. 58—62.

P. Cornelius Scipio, Africani maioris filius naturalis, pater adoptivus Africani minoris, initio belli Antiochici captus est ab Antiocho, XXI, 12, 2 seq.

P. Cornelius Scipio Aemilianus, Africanus minor; filius naturalis L. Aemilii Pauli, adolescentulus patrem in Macedoniam comitatur; ubi confecto Persico bello venatione sese exercuit, XXXII, 15, 3 seq. Cum fratre maiore Fabio Aemiliano impetrat a praetore ut Polybio Romae manere liceat, cuius institutione et consuetudine constanter inde usus est, XXXII, 9 seq. Modestia, liberalitas, abstinentia, et continentia iuvenis Scipionis, XXXII, 11—14. Ad bellum Celtibericum, quum omnes metu retinerentur, Scipio, iuvenis admodum, operam suam obtulit, et Lucullo consuli legatus in Hispaniam abiit, XXXV, 4. Certamen singulare init cum provocatore Hispano, 5. Nescio an eodem pertineat fragm. gramm. 12. Eo deprecante apud Catonem reditus conceditur exsulibus Achaeis, XXXV, 6. Eius virtus in Africa initio tertii belli Punici laudata a Catone, XXXVI, 6. Cirtae res Masinissae mortui ordinat, XXXVII, 3, 10. Carthaginem oppugnans Gulussae mandata dat ad Asdrubalem, urbis praefectum, de pace agentem, XXXIX, 2; conf. c. 3, 1. Expugnat Carthaginem, XXXIX, 3. Eius concio ad praesentes coram Asdrubale ad genua ipsius supplice, XXXIX, 3 a, 1 seqq. Eum alloquitur Asdrubalis uxor, ib. § 5. Illacrymatur fortunae Carthaginis, ibid. § 2 seqq. In celeberrima legatione nonnisi quinque servos secum habuit, fragm. hist. 63.

P. Cornelius Scipio Nasica, Africani maioris gener, L. Aemilio bello Persico egregiam operam navat, XXIX,

6, 2 seqq. In eum liberalitas Scipionis Aemiliani, XXXII, 13, 7 seqq.
Cornu, τὸ Κέρας, nomen sinus maris prope Byzantium, IV, 43, 7.
Cornu dextrum et sinistrum, s. Alae sociorum in exercitu Romano, VI, 26, 9.
Coroebus Olympionica Ol. 28. VI, 2, 2.
Coroebus pro stulto homine, XII. § 4a, 5. Vid. Margites.
Corona dicitur pecunia, muneris et honoris caussa loco coronae oblata, XXII, 17, 4. Sic XXII, 13, 10; XXIV, 1, 7; XXVIII, 17, 3. Corona aurea, praemium eius qui primus murum urbis expugnatae conscendit, VI, 39, 5; X, 11, 8. Civica a cive servato donatur is qui eum in pugna servavit, VI, 39, 6 seq.
Coronea, urbs Boeotiae: contra eam cum exercitu proficiscitur T. Quintius, XX, 7, 3. Eius obsidio, XXIX, 6a, 5. Coronaei vel Coronenses facto Thebas concursu in Persei societate manendum contendebant, XXVII, 1, 8: amicitiam cum Perseo confirmant, 5, 2 seqq. Coronaeus Olympichus, XXVII, 1, 9.
Corsica insula, XII, 3, 7; ferae quae ibi generantur, XII, 3; greges boum et caprarum, 4.
Cortona, τὸ Κυρτώνιον, urbs Etruriae, III, 82, 9.
Coruncanius. C. et L. Coruncanii, legati ad Teutam, Illyriae reginam, II, 8; eorum alter occiditur, ibid.
Corvus, machina qua usus est Duilius in pugna navali cum Poenis, I, 22. Eius descriptio et usus, ibid. et c. 27, 12; 28, 11.
Coryphaeus mons in Ciliciae et Phoenices confiniis prope Seleuciam urbem, V, 59, 4 seqq.
Cos insula, XVI, 15, 4; XXI, 7, 9. Cous, X, 30; XXX, 7, 10.
Cosmopolis apud Locros magistratus nomen, XII, 16, 6 seqq.
Cosmus, magistratus apud Cretenses, XXIII, 15, 1.
Cossaei, Asiae populus, Zagrum montem incolens, V, 44, 7.
Cossyrus, insula inter Siciliam et Carthaginem; quam occupat et oppido eius praesidium imponit Cn. Servilius, III, 96, 13.
Cothon, Calligitonis filius, hieromnemon Byzantiorum, IV, 52, 4.
Cotys, rex Odrysarum Thracum, Persei socius, vir eximius, XXVII, 10; legatus Romam deprecatum mittit, XXX, 12.
Crassus. Vid. Licinius.
Crater, nomen sinus Neapolitani inter Misenum et Minervae promontorium, XXXIV, 1, 12 seq.
Cremaste Larisa, urbs Thessaliae, quam a Philippo repetunt Aetoli, XVIII, 21, 3; diversa ab altera celebriori Larisa.
Cremona, colonia Romanorum trans Padum, III, 40, 5.
Creonium, Κρεώνιον, oppidum Dassaretidis in Illyrico, captum a Philippo, V, 108, 8.
Creta, Cretenses, IV, 8, 11; 20, 6; 53, 5; V, 14, 1 et 4; 53, 3; 79, 10, et alibi; praesertim

de his qui mercede militant; aut ubi notatur levitas ingenii ei genti insita, alias *Κρηταιεῖς*, IV, 53, 3; 54, 6; VI, 45, 1; 46, 1 et 3; 47, 5; VII, 12, 9; XXXIII, 15, 1. (Cretenses recens ad militiam conducti, sunt Neocretes, quod vide suo loco.) De rebus Creticis vide IV, 53 — 55; XXVII, 16; XXVIII, 13; XXXIII, 9 etc. Cretenses ad insidias et res cum dolo agendas aptissimi; minus habiles ad proelium instructa acie committendum, IV, 8, 11. Tibia et rhythmo in bello non sine causa utuntur, IV, 20, 6. Cretae universae status circa Olymp. 140 et intestinae discordiae, IV, 53, 3 seqq. Urbs antiquissima, praestantissimorum prae ceteris Cretensibus civium procreatrix, Lyttus, IV, 54, 6. Cretenses Polyrrhenii et Lampaei societatem ineunt cum Philippo et Achaeis, eisque 500 Cretenses auxilio mittunt, IV, 55, 1—5; 61, 2. Cretensium resp. laudatur a veteribus, VI, 43, 1: similis a nonnullis auctoribus perhibetur reip. Spartanorum, quum tamen multum differat, VI, 45—47. Eorum animis insita est avaritia; nullum apud eos lucrum turpe ducitur; plurimas iidem inter se discordias agitant et intestinas caedes, levissimas ob caussas, VI, 46, 2 seq. et § 9; IV, 53, 5: Neque ingenia usquam magis veteratoria facile invenias neque incepta iniquiora, IV, 47, 4 seq. Quare Antiphatam Cretensem laudaturus Polybius XXXIII, 15, 4 seq. ait graviori et honestiori oratione eum usum esse *ἢ κατὰ Κρῆτα*, quam a Cretense exspectasses: erat enim homo ingenio haudquaquam Cretico, *οὐδαμῶς Κρητικὸς*, et fugerat Creticam (perversam) disciplinam, *τὴν Κρητικὴν ἀγωγήν*. Eodem pertinet proverbium: Cretissare cum Cretense, *πρὸς Κρῆτα κρητίζειν*, VIII, 21, 5. Sic porro Cretica deliberatio, VIII, 18, 5, est dolosa. Et Bolis, utpote Cretensis, *Κοὴς ὑπάρχων* (ut ait Polyb. VIII, 18, 4), natura varius et astutus erat. In Creta bellorum civilium perpetuitas et summa inter se civium crudelitas, XXV, 3 b. Philippum ad res suas constituendas elegerunt, VII, 12, 9. Eos ad bellum adversus Rhodios incitat Philippus, XIII, 4, 2; 5, 1. Societatem praedationum maritimarum cum Nabide faciunt, XIII, 8, 2. Gortyniorum lites cum Cnosiis: vid. Cnosus et Gortyn. In Creta magnarum rerum initia commoventur, XXV, 3 b. Cydoniatarum perfidia in Apolloniatas, XXVII, 16. Cum Cretensibus amicitiam renovant Rhodii, XXIX, 4, 6 seq. Bellum habent cum Rhodiis, ad quod componendum senatus Romanus rogatu Rhodiorum legatum mittit, XXXIII, 9; 14, 3 seq.; conf. c. 11, 2. Ad idem bellum ab Achaeis opem frustra petierant, XXXIII, 15. Cretensis Lagoras, VII, 15, 2, et Bolis, VIII, 17, 1. Creticum vinum, simile ei quod dicitur passum, VI, 2 a, 4.

Creticum mare inter Cretam et Laconicam, V, 19, 5.

Cretopolis, *Κρητῶν πόλις*, in Milyade, V, 72, 5.
Crinon, socius Megaleae, Aratum lapidibus incessit et in vincula coniicitur a Philippo, V, 15, 7 seqq.; 16, 8.
Critolaus, Alexandriae apud Macedones calumniatur Ptolemaeum, Agathocli gratificaturus, XV, 26, 7.
Critolaus Achaeus, Diaei socius, pestis suae gentis, XXXVIII, 2, 8; impedit ne S. Iulius Caesar legatus controversias Achaeorum cum Lacedaemoniis componere posset, 3, 1 seqq., et Achaeos concitat contra Romanos, 3, 8 seqq. et c. 4 seq. Monarchicam propemodum potestatem inter Achaeos obtinet, 5, 7. Eo duce pugnatum in Achaia XL, 1, 3. Obiit praetor Achaeorum, XL, 2, 1 seq.
Critolaus, philosophus Peripateticus Romae, XXXIII, 1, 9.
Cropius Nestor habitat *ἐν τοῖς Φανοτεῦσιν*. Apud eum divertit A. Hostilius consul, XXVII, 14, 4. Conf. Phanotenses.
Croton, Graeca urbs inferioris Italiae, X, 1, 4. Crotoniatae cum aliis vicinis civitatibus Iovi Homario communem aedem ponunt et Achaeorum instituta asciscunt, II, 39, 6. Eos luxu superabant Capuani, VII, 1, 1. Eorum opulentia ex navium statione, X, 1, 6.
Crucis poena apud Carthaginienses, I, 24, 6; 79, 4; 86, 4 et 6. Add. V, 54, 6 seq.
Ctesiphon, *ἡ Κτησιφῶν*, urbs Chalonitidis in Assyria ad Tigrim; ibi castra habet Molo, V, 44, 4.
Cuma s. Cyme, civitas Aetolica ab Achaei partibus transit a Attalum, V, 77, 4. Cumae immunes a tributo renunciatur a Romanis post bellum cum Antiocho, XXII, 27, Idem comprehenduntur foedere Attali cum Prusia, XXXII 11, 8.
Cumani, qui Cumas habitant unam e celeberrimis pulcherrimisque urbibus in ora maritima Campaniae, III, 91, seq. Eorum fines cum clas Punica populatur Amilcar Barca, I, 56, 10.
Cunei. Vid. Conii.
Manius Curius substituitur Caecilio praetori in pug cum Gallis caeso, II, 19, 8.
Custodia castrorum diurna, 33, 7 seqq.; nocturna, 34 seqq. et c. 35 seq.
Cyamosorus, fluvius Siciliae, quem situm erat oppid Centuripa, I, 9, 4.
Cyathus, fluvius ad Arsinoen Aetoliae urbem, IX, 45, 1.
Cyclades insulas incursat D metrius Pharius, III, 16, IV, 16, 8; 19, 7 seq. Rura Philippus, classis duce Dica archo, XVIII, 37, 8.
Cycliadas Achaeus Philippi co mes in colloquio cum T. Quin tio, XVII, 1, 2. A Philipp post cladem ad Cynoscepha las ad Titum legatus mitt tur, XVIII, 17, 4.
Cyclopum spelunca apud He merum, XXXV, 6, 4.
Cydas Gortynius Cosmus sua civitatis, XXIII, 15, 1. S Eumene militaverat et ap eum summo in honore hab batur, XXIX, 1 c, 1. Arcana rum Eumenis cum Perseo de liberationum minister fui

XXIX, 1c, 1; et 1e, 1. Ad Amphipolim cum Chimaro (vel potius Chimarro) Persei socio, rursus ad moenia Demetriadis cum Menecrate et deinde cum Antimacho congressus colloquitur, ibid.
Cydoniatae, cives Cydoniae, urbis Cretae. Eos Cnosiorum societati renunciare cogunt Polyrrhenii eorumque socii, IV, 55, 4; eorumque lites componunt legati Romani, XXIII, 15, 4. Foedam perfidiam committunt in Apolloniatas, XXVII, 16. Metuentes sibi a Gortyniis opem petunt ab Eumene, XXVIII, 13. Anno superiori in praesentissimum periculum venerant ne caperetur ipsorum urbs, ibid.
Cygneum cantum edere, proverb., XXX, 4, 7; XXXI, 20, 1.
Cyllene, Eleorum navale, IV, 9, 9; contra Philippi invasionem munitur ab Eleis, V, 3, 1.
Cymaei, Cyme. Vid. Cumaei, Cuma.
Cynaetha, oppidum Arcadiae; proditione polemarchorum qui nuper ab exsilio fuerant revocati, capitur ab Aetolis IV, 16, 11, et c. 17. Aetoli occisis proditoribus urbem diripiunt, 18, 7 seqq.; reliquos cives in servitutem redigunt, ibid. et c. 29, 6; IX, 38, 8; merita poena, IV, 19, 3. Inter eam et Clitorem est oppidum Lusi et Dianae fanum, IV, 18, 10. Efferati sunt Cynaethenses, quod a musicae studio et aliis salutaribus Arcadum institutis desciverant, IV, 20 seq. Eorum legati post patratam in urbe civium caedem Lacedaemonem missi omnibus Arcadicis civitatibus horrori fuerunt, IV, 21, 8. Aratus, Cynaetham proditione recepturus, horam diei non observans incepto excidit, IX, 17.
Cynneus Apollo, XXXII, 25, 12.
Cynoscephalae, tumuli Thessaliae, XVIII, 5, 9; 10, 7; ubi Philippus proelio victus est a T. Quintio, XVIII, 3—10.
Cynus, emporium Locrorum Opuntiorum ex adverso Euboeae, IV, 67, 7.
Cyparissienses, cives oppidi Messeniae, cui nomen Cyparissia et Cyparissiae; Pyrrhiam et Eleos prohibent aditu in Messeniam, V, 92, 5. Cyparissiensis Polyaenus, XI, 18, 2.
Cyphanta, τὰ Κύφαντα, oppidum cum portu ad sinum Argolicum ditionis Argivorum, IV, 36, 4 seq.; Argivis vero ademtum a Lycurgo rege Spartanorum, ibid. Conf. Prasiae et Zarax.
Cyprus insula; in Aegypti regum est potestate, V, 34, 6. Mare quod est inter eam et Phoenicen alluit radices Coryphaei montis, V, 59, 4. Ad eam navale Persarum et Euagorae Salaminii proelium, XII, 25 f, 2. Eam Ptolemaeo Epiphani administrat Polycrates, XVIII, 37, 1; 38, 6; dein Ptolemaeus Megalopolitanus, 38, 6 seqq. Ea exire copias Antiochi Epiphanis iubet Popillius, Ptolemaeis eam servans, XXIX, 11, 9 seqq. Cypri regnum a senatu Rom. petit Ptolemaeus iunior, XXXI, 18, 1 seqq.: quod ei promittit senatus, § 9: sed illud omittere cogitur Ptole-

maeus, c. 25. Archias, Cypri praefectus, insulam Demetrio prodere molitur, XXXIII, 3. Pro Demetrio Seleucus nominatur, qui pater erat Demetrii, fragm. hist. 64, errore puto grammatici.

Cypselus vel Cypselum, Thraciae oppidum ad Hebrum fluvium, XXXIV, 12, 3. Aliis τὰ Κύψελα.

Cyrene urbs, XV, 25 a, 9; 33, 11; et ipsa regio, XXXI, 18, 4 seq.; 26, 8. Cyrenaeorum reipub. praesunt et eorum libertatem tuentur Ecdemus et Demophanes Megalopolitani, X, 25, 2 seq. Cyrenae regnum Ptolemaeus Philometor Physconi fratri dat, quo ille non est contentus, XXXI, 18. Cyrenaei ab eodem desciscunt et acie victum repellunt, XXXI, 26, 6 seqq.

Cyrmasa (τὰ), Pisidiae urbs, Cormasa Livio et Ptolemaeo: eam cepit Cn. Manlius, XXII, 19, 1; in eius vicinia lacus est, ibid. § 2.

Cyrrhestae, Syriae populus: eorum sex millia, qui erant in Antiochi M. exercitu, facta seditione deseruerunt signa, V, 50, 7 seq. Illis adiuvantibus Achaeus regnum Syriae obtinere se posse sperat, 57, 4.

Cyrtii, funditores praestantes in exercitu Molonis, V, 52, 5.

Κυρτώνιον. Vid. Cortona.

Cythera (τὰ), insula infra Laconicam: prope eam Aetoli piratae capiunt navim Macedonicam, IV, 6, 1.

Cyzicus, urbs Mysiae ad Propontidem, patria Apollonidis, uxoris Attali, quo matrem comitantur filii, XXIII, 18. Ager Cyzicenorum multum prominet in mare, IV, 44, 7. Cyzicenis intercedentibus ministri Ptolemaei Philopatoris agunt de pace cum Antiocho, V, 63, 5. Foedere inter Eumenem et Pharnacem icto comprehensi, XXVI, 6, 13. Viginti naves mittunt Attalo adversus Prusiam, XXXIII, 11, 2. Triremis Cyzicena Abydi, XVI, 31, 3.

Daae, populus Scythicus ad Caspium mare, in exercitu Antiochi M., V, 79, 10.

Dalmatae (Δελματεῖς, XXII, 18 seq. et Δαλματεῖς, XII, 5, 2), olim Pleurato et Genthio subiecti, a Genthio deficiunt et finitimis populis Illyricis bellum inferentes, tributa imponunt, XXXII, 18. Bellum eis indicunt Romani, 19. Ad bellum Dalmaticum quum copias maritimas ex foedere conferre tenerentur Locri, immunitatem eis impetravit Polybius, XII, 5, 1 seq.

Damasippus Macedo Phaci consessores publici concilii occiderat, dein a Ptolemaeo Physcone assumitur, XXXI, 25, 2 et 8.

Damippus Lacedaemonius Hieronymum Syracusarum regem monet ut in societate Romanorum maneat, VII, 5, 3.

Damis, Hicesiae fil., Atheniensium legatus, apud senatum Romanum deprecatur pro Aetolis, XXII, 14, 6 seqq.

Damiurgi. Vid. Demiurgi.

Damocles, callidus minister (nescio cuius), missus ad speculanda consilia Romanorum, XIII, 5, 7.

Damocritus Calydonius, Aeto-

lorum legatus Romam de pace cum Philippo, XVII, 10, 9. Deinde Aetolos concitat adversus Romanos, XXII, 13, 14.
Damocritus, Diaei sodalis, cum eo perdit Achaeos, XL, 4, 9.
Damon, Ptolemaei Philometoris legatus Romam, XXVIII, 1, 1.
Damon, Rhodiorum legatus ad Aemilium Paulum Cos. et ad Perseum, XXIX, 4, 4.
Damoteles Aetolus Romam legatus, XXII, 8, 9 coll. XXI, 3, 11. Rursus, XXII, 9, 18. Rursus ad M. Fulvium Cos., XXII, 12, 4; conf. § 10 et c. 13, 7.
Damoxenus, Aegiensis, Achaeorum legatus Romam post bellum Philippicum, XVIII, 25, 6.
Damuras, fluvius Phoenices, V, 68, 9.
Danae, socrus Tlepolemi, in carcerem coniecta a Sosibio, XV, 27, 1 seqq.
Danaus Argis aquarum receptacula instituit, XXXIV, 2, 6.
Dantheleti. Vid. Dentheleti.
Daochus Thessalus immerito proditor vocatus a Demosthene, XVII, 14, 4.
Daorsi, Δαορσοί, populus Illyricus; apud Romanos queruntur de Dalmatis, XXXII, 18, 2.
Daphne, vicus cum luco Dianae et Apollini sacro prope Antiochiam Syriae: pompam et ludos ibi celebrat Antiochus Epiphanes, XXX, 3 seq.
Dardanii, Δαρδανεῖς et Δαρδάνιοι; pars Illyriorum, qui sub Teuta sunt, deficiunt ad eos, II, 6, 4. Absente Philippo Macedoniam invadere parant; sed cognito eius adventu retrocedunt, IV, 66. Bylazore occupata, Paeoniae urbe, tutus erat Philippus ab eorum incursionibus in Macedoniam, V, 97, 1. Romae queruntur de Bastarnis et Perseo, XXVI, 9, 2 seqq. De rebus a Perseo adversus Dardanos gestis conf. XXVIII, 8, 2 seq. Dardania, V, 97, 1.
Darius Hystaspis Scythas bello petens Bosporum Thracium ponte iunxit prope Hermaeum, IV, 43, 2. Maioribus Mithridatis tribuit dominatum Cappadociae ad Pontum, V, 43, 2. Conf. fragm. hist. 10.
Darius Codomannus: pugna eius cum Alexandro in Cilicia, XII, 17 seqq. Cum eo Alexander in aperto campo potissimum bellum gessit, urbes raro excidit, XVII, 3, 5.
Dassaretae, populus Illyricus. Regio Dassaretis, cuius urbes Scerdilaedus sibi adiungit, V, 108, 2. Easdem cum aliis sibi subiicit Philippus, 108, 8.
Daulium, oppidum Phocidis, ab Aetolis tentatum, IV, 25, 2.
Daunia, una e tribus partibus, in quas distinguitur Appulia, III, 88, 3 seqq. V, 108, 9. Conf. Appulia. Daunii, ad ortum planitiei circa Capuam, III, 91, 5, ubi fort. Caudini legendum. Adde X, 1, 3.
Decemviri vel decem legati, exacto bello in provincias missi a senatu Rom. ad res simul cum imperatore ordinandas, XL, 9, 1; XXII, 7, 5 seq.; 25, 6. Missi in Siciliam post primum Punicum bellum, I, 63, 1; in Graeciam post bellum Philippicum, XVIII, 25, 7; 27, 1; 28, 7; in Asiam post bellum Antiochicum, XXII, 7, 5 seq. et c. 27; in Graeciam post bellum Per-

sicum, XXX, 10, 6; in Achaiam post bellum Achaicum, XL, 9, 1; 10, 1.

Deceres Philippi, navis praetoria, in pugna navali ad Chium deprimitur, XVI, 3, 3 seqq.

Deciatae vel Deciates, populus Liguriae, XXXIII, 7, 8; et c. 8, 9.

Decimatio VI, 38.

Decius Campanus, praefectus legionis Romanae, quae quum Rhegio urbi praesidio esset missa, sibi urbem asseruit et oppressit, I, 7, 7.

Decuriones VI, 25, 2.

Decursiones militares a Scipione ad Novam Carthaginem institutae, X, 20, 1 seqq.; equestres Philopoemenis, X, 21 seq.

Dei Facies. Vid. Theoprosopon.

Δείγμα Rhodiorum. Vid. Digma.

Delectus militum apud Romanos, VI, 19 seq.

Delicta castrensia quomodo puniantur, VI, 37. Eadem ubi a pluribus admissa sunt, quid fiat, 38. Delicta publica in Italia commissa pertinent ad cognitionem senatus Romani, VI, 13, 4.

Delphi. Ibi Perseus Eumeni regi insidias struit et legatos Boeotorum interficit, XXII, 22 a, 5, et XXII b, 3. Edictum quo exsules in Macedoniam revocavit Perseus, ibi publice suspensum est, XXVI, 5, 2. Delphica Gallorum clades interneciva, I, 6, 5; II, 20, 6; 35, 7; IV, 46, 1.

Delta Aegyptiorum; ei similem figuram habet regio Galliae, cui Insula nomen, Rhodano et Isara fluviis circumfusa, III, 49, 7.

Delus. Ibi in Apollinis templo publice suspensum est Persei edictum, quo exsules Macedones domum revocabantur, XXVI, 5, 2. Statuae ibi positae ab Antiocho Epiphane, XXVI, 10, 12. Delus et Lemnus Atheniensibus dantur a senatu Romano XXX, 18; et 18a; XXXII, 17, 2. Delii cum Atheniensibus decertant et illis multa inferunt mala XXX, 18 a. In Achaiam profecti migraverant, et ibi civitate donati res repetunt ab Atheniensibus ex formula pacti quod inter Athenienses et Achaeos intercedebat, XXXII, 17.

Demaratus Corinthius, pater L. Tarquinii, regis Rom., VI, 2, 10.

Demaratus, legatus Atheniensium in Aegyptum, XXVIII, 16, 4; 17, 3.

Demetrias, urbs Magnesiae in Thessalia, V, 99, 3. Cenchreis profectus per Euripum Philippus eo appellit, per Thessaliam domum hibernatum rediturus, V, 29, 5. In ea moratur Philippus, conatus hostium observans, X, 42, 6; XVII, 1, 1. Una e tribus compedibus Graeciae; XVII, 11. Philippo ademta Romanis custodienda relinquitur, XVIII, 28, 5 et 10 seqq.; Antiochi ad eam cum classe appulsio non est causa belli Antiochici, sed initium, III, 6, 4; 7, 3. Ad moenia huius urbis colloquium inter Cydam Cretensem et Menecratem primum et deinde Antimachum (vide haec nomina), XXIX, 1 c, 1. Demetriensium agro opportu-

ne imminent Thebae Phthioticae, V, 99, 3.
Demetrius, Ariarathis filius, regis Cappadociae, dux copiarum Attalo auxilio missarum ab Ariarathe, XXXIII, 10, 1. Idem (ut videtur) Romam legatus, XXXIII, 16, 5; quem Casaubonus Demetrii filium, Syriae regis, fecit.
Demetrius Atheniensis legatus Ptolemaei Epiphanis ad Achaeos renovandae societatis caussa, XXIII, 1, 5.
Demetrius, Euthydemi filius, Bactrianae regis, ad Antiochum mittitur a patre de pace; patri regnum confirmat Antiochus, ipsi filiam suam despondet, XI, 34, 8 seqq.
Demetrius Phalereus: eius dictum, quo acies militaris cum aedificio confertur, X, 22, 7. Eum non leviter in sua historia perstrinxit Democharis, XII, 13, 8 seqq. In commentario de Fortuna de Macedonici regni ruina quasi prophetiam edidit, XXIX, 6 c. Eius verba citantur, XXXVI, 1 b, 2.
Demetrius Pharius, Corcyrae insulae a Teuta, Illyrici regina, praeficitur, II, 10, 8. Romanis Corcyram prodit et ad alia ducem se eis praebet, c. 11. A Romanis praeficitur populis Illyricis, quos illi sub potestatem suam redegerant, 11, 17. Dux Illyriorum auxiliarium in exercitu Antigoni Dosonis et Achaeorum adversus Cleomenem, II, 65, 4; 66, 5. Deficit a Romanis, regibus Macedoniae confisus, et oppida Illyrica, quae in potestate Romanorum erant, diripit subigitque, III, 16, 2 seq. Cum Scerdilaedo Aetolis se iungit, et classem ducit adversus Achaeos bello Sociali Cycladasque populatur, IV, 16; conf. III, 16, 3. Persequentes fugiens Rhodios, persuasus a Taurione Achaeis auxilio venit, et Aetolos persequitur lembis per Isthmum transductis; sed frustra, IV, 19, 7 seq. Bello Illyrico victus a L. Aemilio profugit ad Philippum, a quo benigne accipitur, III, 18 seq.; IV, 37, 5; 66, 4; XXXII, 19, 5. Vir ins trepidus et audax, sed nulliiudicii, III, 19, 9. Eius suasu Philippus in bello Aetolico impia facinora patrat, V, 12, 5 seqq.; VII, 14. Hortatur Philippum ut pace facta cum Aetolis et firmatis rebus a parte Illyrici in Italiam traiiciat, V, 101, 6 seqq.; 105, 1; 108, 4 seq. Recuperare studet dominationem, quam in Pharo insula habuerat, V, 108, 6 seq. Comprehenditur foedere Philippi cum Hannibale, VII, 9, 14. De arce Messeniorum et Corinthi suadet Philippo det operam ut utrumque cornu tenens bovis fiat compos, VII, 11. Pessima quaeque semper suasit Philippo, V, 12; VII, 13 seq.; IX, 23, 9. Perit Messenae, III, 19, 11.
Demetrius, Philippi pater, Persei avus, Antigoni Gonatae filius, rex Macedoniae, I, 3, 1; IV, 25, 6. Agroni Illyriorum regi mercede pacta persuadet ut Medionios iuvet adversus Aetolos, II, 2, 5. In bello adversus Demetrium Aetolos iuvant Achaei, II, 44, 1. Peloponnesi tyrannos suis

opibus et mercede sustentat, II, 44, 3. Eo mortuo reliqui tyranni abdicant tyrannidem, ibid.; conf. II, 60, 4. Cum Aetolis bellum gerenti tradunt se Boeoti, relicta Aetolorum societate, XX, 5, 3. Decimo regni anno moritur, eodem fere tempore quo Romani primum in Illyricum traiecerunt, II, 44, 2.

Demetrius, Philippi filius minor, Persei frater; obses datur T. Quintio, XVIII, 22, 5 seq.; patri a senatu remittitur, XX, 13, 3. A patre Romam mittitur ad purganda crimina et ad veniam petendam, XXIII, 14; XXIV, 1, 5. Benigne habetur a senatu, qui in eius gratiam veniam dat Philippo, XXIV, 2. Hinc ei favent Macedones, sed invident Philippus et Perseus, XXIV, 3 et 7. Inde mutuae fratrum insidiae, XXIV, 8, 12 seqq.

Demetrius Poliorcetes, Antigoni I filius, rex Macedoniae post Cassandrum, urbes Achaicas praesidiis occupat, II, 41, 10; IX, 29, 5 seq. Eius filius erat Antigonus Gonatas, IX, 34, 6.

Demetrius, Ptolemaei Philometoris amicus; cui Polyaratus Rhodius Rhodum transvehendus traditur, XXX, 9, 3 et 10 seq.

Demetrius Soter, filius Seleuci Philopatoris, Syriae regis: obses Romae iuvenis 23 annorum frustra petit a senatu ut per pop. Rom. in regnum Syriae sibi debitum restituatur, XXXI, 12. Cum Polybio de fuga deliberat, XXXI, 19 seqq., et eius consilio clam Roma profugit, 22 seq. Potui indulget, 21, 8. et XXXIII, 14, 1. Ad eius conatus observandos Roma legati mittuntur, XXXI, 23, 9. Syriae regno potitus, et patrocinante Ti. Graccho rex a senatu appellatus, insigne donum Romam misit, et interfectorem Cn. Octavii, XXXII, c. 4. et 6. Accusatus ab Ariarathe, quod eius opera Orofernes Ariarathem regno expulisset, legationem Romam mittit ad se purgandum, XXXII, 20, 3; III, 5, 2. Cypri regno per proditionem potiri sperat, sed deprehenditur proditor Archias, XXXIII, 3, 2. Ei opponitur Alexander Balas, XXXIII, 14, 1 seq.; 16, 5 seqq. Postquam 12 annos in Syria regnasset, vitam cum regno amisit, conspirantibus in eum ceteris regibus, III, 5, 3; conf. XXXIII, 16, 9 seqq.

Demiurgi vel Damiurgi, magistratus Achaeorum, XXIV, 5, 16.

Demochares, historicus, sororis filius Demosthenis, XII, 13, 1 seqq. Eum contra Timaei calumnias defendit Polybius, XII, 13 seq.

Democlitus, inventor cum Cleoxeno rationis signorum per faces dandorum, correctae a Polybio, X, 45, 6.

Democrates, Philippi classis praefectus, perit in pugna ad Chium, XVI, 3, 6.

Democratia nusquam verior quam apud Achaeos, II, 38, 8. Una e tribus summis formis reipublicae, VI, 3, 5. Quaenam sit vera, VI, 4, 4 seq.; quomodo oriatur, 9, 1 seqq. Degenerat in *ὀχλοκρατίαν* et *χειροκρατίαν*, 4, 6 et

10; 9, 5 seqq. Apud Messenios, VII, 10, 1.
Demodocus, equitum praefectus Achaeorum, V, 95, 7.
Demophanes et Ecdemus Megalopolitani, Arcesilai philosophi sectatores, patriam ab Aristodamo tyranno liberarunt; Arati socii in tollendo Sicyoniorum tyranno; reipublicae Cyrenensium praeclare praefuerunt; horum consuetudine et convictu adolescens usus est Philopoemen, X, 25, 2 seqq.
Demosthenes, Atheniensis orator, multos immerito in proditorum numero retulit, XVII, 14 seq. Eius sororis filius Democharis historicus, XII, 13, 4. A Timaeo laudatur Demosthenes, quia divinos Alexandro honores recusavit, XII, 12 c, 3.
Demosthenes Bithynus, qui Κτίσεις scripsit, XII, 1, 5.
Demosthenes, Philippi scriba et comes in colloquio cum T. Quintio, XVII, 1, 2; 8, 7. Ab eodem post pugnam ad Cynoscephalas mittitur ad Titum, XVIII, 17, 4.
Dentheleti, Thraces; XXIV, 6, 4. ubi cod. Mon. Δανθελήτους.
Desertores signorum capite plectunt Romani, I, 17, 11; conf. VI, 37, 11; III, 84, 7.
Desertum inter Persidem et Parthiam interiectum, V, 44, 4.
Diactorius vocatur Cletis, quod v.
Diaeus, pestis gentis Achaeorum; quae Romani dextra manu dabant, sinistra accepit, XXXVIII, 2, 8 seqq. Praetor Achaeorum ante Critolaum, et Critolao in praetura mortuo rursus suffectus, XL, 1, 3; 2, 1 seq.; nuper ab exsilio revocatus, XL, 4, 9. Omnes puberes Achaeorum cum vernis et alumnis Corinthum convenire iubet, et ingentem pecuniae summam imperat, XL, 2, 3 seqq.; conf. 4, 1. Reiicit pacis conditiones a Metello oblatas, c. 4 seq. Bona eius sub hasta venduntur a Romanis, 9.
Dianae fanum asylum cum luco Lusis in Arcadia diripitur ab Aetolis, IV, 18, 9 seqq.; 25, 4; IX, 34, 9, qui sacrum deae pecus inde abegerunt, IV, 19, 4. Dianae Cindyadis simulacrum Bargyliis in Caria, quamvis sub dio positum, nec ningitur unquam nec pluitur, XVI, 12, 3, ut Astiadis Iasi, XVI, 12, 4. Matronas omnes in Dianae templum congregant Abydeni, XVI, 31, 2. Eius templum in Elymaide spoliare frustra conatur Antiochus Epiphanes, XXXI, 11; in Hiera Come spoliat Prusias, XXXII, 25, 11.
Diatonium (si vera scriptura), Cretae oppidum sive ager, Cnosiis adimitur a Gortyniis et Lyctiis datur, XXIII, 15, 1.
Δικαιάρχεια. Vid. Puteoli.
Dicaearchus, Philippi classis praefectus, Cycladibus insulis bellum faciens, Impietati et Iniquitati aras ponere consuevit, XVIII, 37, 8 seqq.; necatur Alexandriae, ibid. § 7.
Dicaearchus Trichoniensis, legatus Aetolorum Romam missus post colloquium Philippi cum T. Quintio, XVII, 10, 9. Ab Antiocho ex Asia veniens,

Aetolos ad bellum adversus Romanos concitat, XXII, 14, 13. Eum ab Aetolis repetit M'. Acilius Cos., XX, 10, 5.
Dicaearchus, historiarum scriptor: eius errores nonnullos in rebus geographicis notat Polybius, XXXIV, 5, 1; c. 6 toto; 9, 4.
Dicetas, legatus Thebanorum et Coronaeorum ad Q. Marcium, excusans societatem Persei, XXVII, 1, 10. Revera etiam tum Perseo favens, in carcerem coniectus, mortem sibi consciscit, 2.
Dictator quid differat a consule, III, 87, 7 seq. Q. Fabius Maximus, III, 87, 6. Res inaudita, duo simul dictatores, qui legiones inter se partiuntur, III, 103; 106, 1.
Didascalondas Cretensis copiis Achaeorum praefectus sub Philopoemene, XVI, 37, 3.
Didyma Tiche, Δίδυμα τείχη, castellum prope Cyzicum, Attalo traditur a Themistocle, Achaei praefecto, V, 77, 8.
Diei tempora qua ratione investigentur, IX, 15, 6: quae scientia necessaria imperatori, IX, 14, 6 seqq.; 15, 5 seq. Diei imago praefertur in pompa Antiochi Epiphanis, XXXI, 3, 16.
Diganes: Vid. Adiganes.
Digeri, populus Thracicus, XIII, 10, 5.
Digma (δεῖγμα) Rhodiorum, V, 88, 8.
Dii inter se pugnant de Campis Phlegraeis, III, 91, 7. Eorum et heroum generationes, IX, 1, 4.
Diluvia humano generi interitum inferentia, VI, 5, 5.
Dimalus vel Dimale, munitissima urbs Illyrici, vi capta [illegible] L. Aemilio Consule, III, 18, [illegible] seqq. Videtur esse in Parthi[illegible] nis, VII, 9, 13. Foedere Phi[illegible] lippi cum Hannibale cavetu[illegible] ne Romani Dimales domi[illegible] maneant, ibid.
Dino Dinonis filius Arsinoe[illegible] caedi favet coniuncta cu[illegible] Philammone opera, XV, 25 h[illegible] supplicio afficitur, Agathocli[illegible] iussu, ibid. § 2.
Dino Rhodius cum Polyarat[illegible] frustra Rhodios ad Pers[illegible] partes trahere conatur ac[illegible] versus Romanos, XXVII, 6 [illegible] conf. c. 11, 2; XXVIII, 2, [illegible] 15, 4; XXIX, 5, 2; XXX, [illegible] 10. Per nuncios et arcana[illegible] litteras cum Perseo egera[illegible] cuius quamvis criminis co[illegible] victus, tamen Romam tradu[illegible] quam e vita se ipse generos[illegible] educere maluit, XXX, 8.
Dinocrates et Dionysodoru[illegible] fratres praefecti classis A[illegible] tali, XVI, 3, 7 seqq.
Dinocrates Messenius Roma[illegible] legatus Messenios a socie[illegible] tate Achaeorum abstrahe[illegible] frustra conatus est, T. Quin[illegible] tii studio in eam rem usu[illegible] XXIV, 5. Levis ingenii hom[illegible] ibid. Ad Philopoemenis ac[illegible] ventum cedit necessitat[illegible] XXIV, 12, 3; et se ipsum [illegible] vita educere cogitur, ibi[illegible] § 13.
Diocles Dymaeus bello capt[illegible] ab Eleis, V, 17, 4.
Diocles Parapotamiae praef[illegible] ctus partem exercitus duc[illegible] Antiochi in ora Phoenice[illegible] V, 69, 5.
Diodorus, educator Demetr[illegible] Romae obsidis, XXXI, 20, [illegible] seqq.; a quo Roma profug[illegible]

turo praemittitur in Syriam, 21, 1.
Diogenes Acarnan deprecatur praesidium Romanum Acarnanibus imponendum, XXVIII, 5, 3.
Diogenes, Orofernis legatus Romam, XXXII, 20, 4.
Diogenes Stoicus Romae, XXXIII, 1, 9.
Diogenes, Susianae praefectus, V, 46, 7, arcem Susorum contra Molonem defendit, 48, 14. Mediae praeficitur, 54, 12. Primum agmen ducit Antiochi per Labum montem ex Parthia in Hyrcaniam proficiscentis, X, 29, 5; et bene rem gerit, 30, 6 seqq.
Diognetus nauarchus Antiochi Magni Laodicen sponsam Antiocho adducit Seleuciam ad Zeugma, V, 43, 1. Insignem Antiocho operam praestat in oppugnatione Seleuciae ad mare, 59 seq. Ei traduntur naves Ptolemaei, Tyri et Ptolemaide repertae; 62, 3. Antiochum per Phoenices oram exercitum ducentem cum classe a latere comitatur, V, 68, 9; 69, 7; 70, 3.
Diomedon Cous cives suos ad Persei partes trahere frustra conatur, XXX, 7, 10.
Diomedon, Seleuciae ad Tigrim praefectus, fugit adveniente Molone, V, 48, 12.
Διονυσιακοὶ αὐλῆται, IV, 20, 9. Conf. Liberalia. *Διονυσιακὸν θέατρον*, theatrum ludis scenicis agendis, Alexandriae, XV, 30, 4.
Dionysius, praefectus satellitum Antiochi, VII, 16, 2. Cum Lagora primus muros Sardium escendit et urbem occupat, ibid. 16—18.
Dionysius, Syracusarum tyrannus, senior; Graecos Italiam incolentes superat ad Elleporum sive Helorum fluvium et Rhegium obsidet, I, 6, 2. Cogit Graecos Italiam incolentes valedicere institutis Achaeorum, II, 39, 6 seq. Solertissimus in rerum administratione iudicatur a Scipione maiore, XV, 35, 6. Conf. ibid. § 1 seqq. Annos natus tres et viginti imperium occupat, et vitae suae tertio et sexagesimo mortem obit, XII, 4 a, 3. Obiter commemoratur a Timaeo, XII, 10, 8. Lectos diligenter ornavit et vestium bonitatem studiose inquisivit, XII, 24, 3.
Dionysius Thrax, dux Thracum et Gallorum in exercitu Ptolemaei Philopatoris, V, 65, 10.
Dionysius, amicus Antiochi Epiphanis, XXXI, 3, 16.
Dionysodorus, frater Dinocratis, nauarchus Attali, XVI, 3, 7 seqq.; c. 6, 11. Legatus Attali ad colloquium T. Quintii cum Philippo, XVII, 1 seq.
Dionysodorus, legatus Ptolemaeorum fratrum ad Achaeos, XXIX, 8, 5.
Diophanes Megalopolitanus copiis auxiliaribus praefectus Eumeni missis, XXI, 7; strenuus bellator adversus Nabidem sub Philopoemene, ibid. Infensus Philopoemeni accusat apud Caecilium Philopoemenem et Achaeos, quod iniquius egissent cum Spartanis et cum Messeniis, XXIII, 3. Exsulum omnium Spartanorum patrocinium suscipit adversus Lycortam, XXV, 1, 12.

Ptolemaeis auxilia petita non mittenda censet, XXIX, 8, 2.
Diophanes alius, Persei legatus ad Antiochum Epiphanem pene captus a Rhodiis, XXVII, 6, 15; 11, 1.
Diopithes Rhodius, iudex inter Achaeos, honores Eumeni ab Achaeis decretos evertit, XXVIII, 7, 9.
Dioptra, X, 46, 1 seq.
Dioryctus, fretum manu perfossum Leucadem ab Acarnania separans, V, 5, 12.
Dioscurium (id est Castorum aedes), locus Phliasiae in Peloponneso; ibi castra habet Philippus, IV, 67, 9; 68, 2; 73, 5. Dioscurium ad Seleuciam Pieriam, V, 60, 4.
Dipylum, porta Athenarum, qua ex Piraeeo in urbem ascenditur, XVI, 25, 7, coll. § 6.
Disciplina militaris saluti est Romanis, I, 17, 11 seqq. Eam apud Achaeos restituit Philopoemen. Vid. Philopoemen. Disciplina castrensis Romanorum, VI, 33 seqq.
Dium, Macedoniae urbs, diruitur et incenditur a Scopa cum Aetolis, IV, 62; V, 9, 2; 11, 2 et 8; IX, 35, 6. Id facinus ulciscitur Philippus anno seq. in Aetolia, V, 9, ubi valuit illud, Ὁρᾷς τὸ Δῖον οὐ βέλος διέπτατο. Ibi Perseus occurrit legatis Genthii, XXIX, 3, 4.
Dodona, urbs Epiri. Dodonaeum templum evertunt cremantque Aetoli, praetore Dorimacho, IV, 67, 3; V, 9, 2; 11, 2 et 8; IX, 35, 6. Id factum dein ulciscitur Philippus in templo Thermico Aetoliae, V, 9; conf. c. 11, 2.
Doliche, oppidum Perrhaebiae, XXVIII, 11, 1.
Dolopes, Graeciae populus, inter Epirum et Thessaliam, libertate donati a Romanis post bellum Philippicum, XVIII, 30, 6: tamen sive vi sive voluntate in fide Philippi manserunt, XXII, 8, 6. Dolopiam Philippo eripiunt Aetoli, XXII, 8, 5 seq.; 14, 4. Eam occupat Perseus, XXII, 22 a, 4.
Cn. Domitius Ahenobarbus Cos. cum T. Quintio, XXII, 15, 13. Unus e clarissimis ex decem legatis post bellum Persicum in Graeciam missis, ad gentem mittitur Achaeorum, XXX, 10, 8.
Dora, urbs Phoenices munita, frustra obsidetur ab Antiocho, V, 66, 1.
Dorimachus, Trichoniensis Aetolus, Nicostrati filius, IV, 3, 7; XVIII, 37, 4. Aetolici impetus plenus iuvenis Phigaleam in Peloponnesum missus piratis favet adversus Messenios: Scopam, ducem Aetolorum, ad bellum incitat Messeniis inferendum, IV, 3 seqq.; cum Scopa Messeniam incursat et Achaeos proelio ad Caphyas fugat, IV, 10—12. Proditione capit Aegira, 57; sed turpiter rursus expellitur et aegre evadit, 58: immo periit, si quidem Graecos nostros codices audias, ibid. § 9; sed id quidem ad Archidamum referendum. Praetor creatus Aetolorum (conf. V, 1, 2), Epirum devastat, et Dodonaeum templum cremat, IV, 67, 1 seqq.; V, 11, 1. Auxilia mittit Eleis adversus Philippum, IV, 77, 6; V, 3, 1.

In Thessaliam irrumpit, V, 5, 1 et 9; 6, 4. Redit Aetoliae succursurus, sed sero venit, 16, 5 seqq. Echino urbi oppugnatae a Philippo frustra conatur succurrere, IX, 42. Leges novasque tabulas scribit Aetolis, XIII, 1. Legatus ab iis in aulam Aegypti pacis conciliandae caussa missus frustra excusare conatur Scopam capitis reum, XVIII, 37, 4.

Dorymenes Aetolus iussu Nicolai ducis Ptolemaei fauces ad Berytum occupat, qua adventurus erat Antiochus, V, 61, 9.

Dos apud Romanos solvebatur annua bima trima die, XXXII, 13, 5.

Drachma stipendium per singulos dies equitis Romani, VI, 39, 12.

Drangene, Asiae regio, quam Antiochus M. ingreditur ex Arachosia veniens, superato Erymantho fluvio; tum inde in Carmaniam transit, XI, 34, 13.

Drepana (τὰ) urbs Siciliae cum portu praestanti millia passum 15 a Lilybaeo, I, 46, 3. Exceptis iis et Lilybaeo totam Siciliam tenent Romani anno quarto decimo belli Siculi, I, 41, 6.

Dromichaetes, Odrysarum Thracum rex, fragm. gramm. 14.

Drymussa, Ioniae insula, Clazomeniis data a Romanis, XXII, 27, 5.

Ductores ordinum. Vid. Ordo.

Duelli usus apud Romanos, fragm. gramm. 27.

Duilius (Bilius), C. Duilii victoria navalis de Poenis reportata, corvorum ope, I, 22 seq.

Dunax, mons Thraciae, magnitudine non conferendus cum Alpibus, XXXIV, 10, 15.

Dura (τὰ) urbs Assyriae. Antiochus ex Mesopotamia veniens traiecto Tigri illam versus pergit et obsidione Molonis eam liberat, V, 52, 2. (Conf. Dura Mesopot.)

Dura (τὰ), urbs Mesopotamiae. Mesopotamiam usque ad eam occupat Molo, V, 48, 16. Nisi intelligendum usque ad eam Mesopotamiae partem, cui ab altera Tigridis ripa opposita est urbs Dura Assyriae.

Dux belli. Vid. Imperator.

Dyme vel Dyma, urbs Achaiae, e 12 primis olim foederatis, II, 41, 8; IV, 83, 5. Dymaei cum Patrensibus incipiunt instaurationem foederis Achaici, II, 41, 1 et 12. Eorum agrum populatur Euripidas Aetolus, dux Eleorum, IV, 59 seq. Castellum eorum Tichos occupant Elei, 59, 4; conf. 83, 1 seqq. Nihil amplius in commune Achaeorum conferre decernunt, 60, 4 seqq. Dymae validum praesidium relinquit Philippus, V, 3, 2. Dymaeorum fines, *τὴν Δυμαίαν*, rursus incursant Elei, V, 17, 3. Ibi Hecatombaeum, II, 51, 3. Oram ad Dymen navibus custodiunt Achaei, V, 91, 8. Dymaeus Miccus propraetor Achaeorum, IV, 59, 2. Aristaenetus dux equitum Achaicorum, XI, 11, 7.

Dyrrhachium vel Epidamnus, XXXIV, 12, 6: urbs cum porta ad Ioniam mare; ab Illyriis per aquationis speciem capta; sed mox Illyrii rursus

urbe eiecti, II, 9; ab Aetolis et Achaeis auxilium adversus Illyrios petunt Dyrrhachini, II, 9, 8. Rursus obsidetur ab Illyriis, 10, 9. Obsidio solvitur a Romanis, quorum fidei se tradunt oppidani, 11, 8 seqq. Foedere Philippi cum Hannibale cavetur ne Romani tenere eam sinerentur, VII, 9, 13.

Eburnea sella, donum regibus singularis honoris caussa missum a senatu Romano, XXXII, 5, 3.

Ecbatana (τὰ), caput et regia olim Mediae; eius situs et descriptio, X, 27, 3 seqq.

Ἐκκαιδεκήρης, navis 16 versuum remorum, XXXVI, 3, 9.

Ecdemus Megalopolitanus, Arcesilai philosophi alumnus, etc. Eius consuetudine utitur Philopoemen iuvenis, X, 25, 2 seqq. Conf. Demophanes.

Echecrates Thessalus centuriationi militum Alexandriae praeficitur, V, 63, 11; equitibus Graecis et aliis mercenariis praeest, 65, 6. Pugnat in dextro cornu ad Rhaphiam, V, 82, 5; 85, 1.

Echecrates alius, cuius auctoritate in disputatione de origine Locrensium temere usus est Timaeus, XII, 11, 7 seq.

Echedemus, legatus Atheniensium ad Scipiones, de pace Aetolis concedenda, XXI, 2 seq.

Echetla, Siciliae oppidum, medium inter ditionem Syracusiorum et Poenorum, I, 15, 10.

Echinus, urbs Thessaliae ad sinum Maliacum, in potestate Aetolorum; oppugnata a Philippo, frustra succurrentibus P. Sulpicio procos. et Dorimacho Aetolo, dedit se regi, IX, 41 seq.; et ab eo in servitute tenetur, XVII, 3, 12; XVIII, 21, 3. Echinenses, Ἐχιναιεῖς, IX, 41, 11; 42, 1 et 3.

Ecnomus, collis Siciliae, in quo castra habent Poeni, I, 25, 8. Prope eum committitur pugna navalis inter Regulum et Amilcarem, I, 26 seqq.

Edeco, Hispaniae regulus, Tarraconem ad Scipionem cum amicis venit eique se tradit, X, 34; regem eum salutat, 40, 3. Benevole eum recipit Scipio, et uxorem liberosque captivos ei reddit, 35.

Edessa, Macedoniae oppidum alias Aege vel Aegaea, V, 97, 4; ad viam Egnatiam, XXXIV, 12, 7 seq.

Edetani, populus Hispaniae, X, 34, 2.

Ἐγνατία ὁδός, via Ignatia, XXXIV, 12, 3 seqq.

Elaea, urbs Aeolidis, navale Pergamenorum regum: ad eam positis castris de pace cum Romanis et Eumene agit Antiochus, XXI, 8: quam ubi non impetravit, agrum populatur Elaeensium, ibid. Elaeae obsidionem frustra tentat Prusias, XXXII, 25, 9 seq.

Ἐλαία haud dubie legendum pro vulgato Ἔλλα apud Stephanum Byz. et Polyb. XVI, 41, 3.

Elatea (Livio Elatia), urbs Phocidis, V, 26, 16. Elateae hi-

bernat T. Quintius, XVIII, 26, 1 et 7: nisi ibi intelligenda Elatea Thessaliae. Ibidem hibernat Attalus, XXVII, 15, 2.

Elaus, Ἔλαος, castellum agri Calydonii in Aetolia, captum a Philippo, IV, 65, 6.

Elea, urbs inferioris Italiae; cuius cives Eleatae Romanis naves commodatas praebent initio primi belli Punici, I, 20, 14.

Elea, ἡ Ἤλεία, regio Peloponnesi, quae latine Elis et graece ἡ Ἦλις alias appellatur. (Ἤλεία est ager ad Elidem urbem pertinens, Ἦλις tam regio omnis quam urbs Elis proprie dicta.) Conf. Elis et Elei. Ἤλεία saepe incursata olim ab Illyriis, II, 5, 1 seq. Pheias insula τῆς Ἠλείας, Elidis, IV, 9, 9. Philippum hortantur Achaei ut τὴν Ἠλείαν bello invadat, IV, 64, 2. Eam populatur Philippus, IV, 73; 77, 6 seq.; 83, 5. Olim sacrosancta et nulli populationi obnoxia, IV, 73, 10. Achaiae partes in Eleam vergentes protegit Aratus, V, 92, 10.

Elei, οἱ Ἤλειοι, incolae Elidis, sive Eleae regionis (conf. Elea, ἡ Ἤλεία), socii sunt et amici Aetolorum, IV, 5, 4; 6, 11; 9, 10. Eis Cynaetham urbem a se captam tradere volunt Aetoli, sed non accipiunt Elei, IV, 19, 5. Ad inferendum Achaeis bellum persuadentur a Machata, Aetolorum legato, 36, 6. Duce belli utuntur Euripida Aetolo, 59: a quo turpiter deserti, quum Sicyoniam invadere vellent, partim capiuntur partim caeduntur a Macedonibus et Megalopolitanis, 68 seq.: tamen rursus eundem ducem ab Aetolis petunt, V, 94, 2. Vitae rusticae amantissimi; ager eorum opulentissimus, IV, 73. Eorum propugnaculum et arx belli adversus Achaeos, Psophis, capta a Philippo, IV, 71. Eorum dux Amphidamus captus a Philippo, 75; sine pretio dimissus frustra persuadere conatur iis ut ab Aetolis ad Philippi amicitiam transeant, 84. Aetoli auxilia iis mittunt, duce Phillida, 77 seqq. Eorum praesidia excedere coguntur Lepreo, Samico, et aliis Triphyliae oppidis, 80. Iis Agelaus et Scopas duces mittuntur ab Aetolis, V, 3, 1. In Dymaeorum fines incursionem faciunt, V, 17, 3, rursus Dymaeorum, Pharaeensium, Patrensium agrum populantur, duce Pyrrhia Aetolo, 30, 2 seqq. Messeniam eodem duce incurrentes repelluntur, 91, 3; 92, 5 seq. Rursus Euripida iterum duce Achaiam populantur, 94, 2 seqq. Achaeis coram senatu Rom. lites movent de Triphylia, XVIII, 25, 7. Per legatos Chalcide agunt cum Antiocho, XX, 3. Domi manent initio belli Achaici, XL, 3, 3.

Elephanti: eorum multitudo in Africa, XII, 3, 5. Eorum nullus usus in locis montanis, I, 30. Centum in exercitu Poenorum adversus Regulum, 32, 9. Adversus eos Romani prudenter minus solito in longum, magis in altum aciem instruunt, 33. Ab iis tamen plurimi Romani conculcati

pereunt, 34. Sauciati saeviunt et conversi in suos ruunt, 40, 12 seq. Eorum rectores Indi in Poenorum exercitu, I, 40, 15; III, 46, 7 et 11; XI, 1, 12. Elephantis Poenorum aliis occisis aliis captis mire gaudent Romani, I, 41, 1. Centum habet Hanno in bello Africo, I, 74, 3. Eorum traiectio per Rhodanum, III, 46. Eorum terror disiicit Gallos Hannibalem in Alpium traiectione infestantes, III, 53, 8. Belluae fere omnes fame consumtae in Alpibus, 55, 8; reliquae omnes una excepta imbrium et nivis vi pereunt in Gallia Cisalpina, 74, 11. Illa vectus est Hannibal per paludes Etruriam petens, 79, 12. Elephantorum inter se pugnandi ratio, V, 84. Libyci timent Indicos, ibid. § 5 seq. Adversus 70 elephantos Hannibalis quo pacto aciem instruxerit Scipio, XV, 9, 7 seqq.; conf. c. 12, 2 seqq. Curribus iuncti in pompa Antiochi Epiphanis, XXXI, 3, 11. Eorum dentes eximia magnitudine, XXXIV, 15. Elephantum *θωράκια*, fragm. hist. 22.

Elephas, cognomen Nicanoris, ducis Philippi, XVIII, 7, 2.

Eleuthernaei Cretenses bellum Rhodiis indicunt, IV, 53, 9. Eos Polyrrhenii et Lampaei intra moenia includunt, et renunciare Cnosiorum societati coguntˌ IV, 55, 4.

Elis, *ἡ Ἦλις*, eadem regio quae alias *ἡ Ἠλεία* vocatur a Polybio; de qua vide paulo ante in Elea, V, 17, 3; 92, 5; 95, 7. Potest tamen utrobique et urbs Elis intelligi. Conf. artic. seq.

Elis, *Ἦλις*, urbs praecipua Elidis regionis. Conf. Elea, *ἡ Ἠλεία* et Elea, *Ἠλεία*. Amphidamum Olympia liberum eo dimisit Philippus, IV, 84, 4. Mox idem Amphidamus, quum destinata perficere non potuisset, inde ad Philippum elabitur, 86, 5.

Elisphasiorum ager in Peloponneso prope Mantineam, XI, 11, 6.

Ἔλλα. Vid. *Ἐλαία*.

Elleporus vel Helorus, fluvius inferioris Italiae, I, 6, 2.

Ellopium, Aetoliae oppidum, XI, 4, 3.

Elmantice. Vid. Salmantica.

Elymaei, populus Asiae, a septentrione Mediae, V, 44, 2. Elymais regio, ubi Dianae templum spoliare conatus est Antiochus Epiph., XXXI, 11.

Emathia, *Ἡμαθία*, olim Paeonia dicta, XXIV, 8, 4.

Emporia, *τὰ Ἐμπόρια*, Africae regio circa minorem Syrtin, soli ubertate praestans, Poenis subiecta, unde hi praecipue alimenta et commeatus capiunt, I, 82, 6; III, 23, 2. Ea regione Masinissae cedere coguntur Poeni, XXXII, 2.

Emporium (Romanis Emporiae), in Hispania, III, 39, 7. Eo Cn. Scipio cum classe a Rhodano veniens appellit, III, 76, 1.

Enchelanes, *Ἐγχελᾶνες*, gens et urbs Illyrica, subacta a Philippo, V, 108, 8.

Enipeus, Thessaliae fluvius, V, 99, 1; XXIX, 3, 4.

Enna, oppidum Carthaginiensium in Sicilia, captum a Romanis, I, 24, 12.

Enneres in classe Philippi, XVI, 7, 1.

Ensis Gallorum. Vid. Gladius.

Ἐνυάλιος, ὁ, Quirinus, Gradivus pater. Per Martem et Quirinum iurarunt Romani in proximo foedere cum Poenis ante primum Punicum bellum, III, 25, 6.

Eordaea, regio Macedoniae, XVIII, 6, 3. Eordi, XXXIV, 12, 8.

Epaenetus, Boeotorum legatus ad Achaeos, XXIV, 12, 5.

Epaminondas Messenios et Arcades hortatur ut perpetuo sinceram societatem colant, IV, 32, 10. Victoria pugnae Mantinensis anceps ob mortem eius, IV, 33, 8; XII, 25 f, 3 seqq. Eius praesertim et Pelopidae virtuti gloriam suam debuit resp. Thebana, VI, 43, 6. Pelopidas ei persuaserat ut propugnandam libertatem Graecorum susciperet, VIII, 1, 6. Quum Lacedaemonem et dein Mantineam de improviso capturus boni imperatoris partes omnes explevisset, a fortuna victus est, fere ut Hannibal ad Capuam et Romam, IX, 8, 2 seq. Abstinentiae laude clarissimus, XXXII, 8, 6. Conf. fragm. hist. 15.

Eperatus, Ἐπήρατος, Pharaensis, praetor Achaeorum creatur Apellis opera invito Arato, IV, 82, 8. Magistratum init, V, 1, 2. A Philippo opem ferre iubetur Messeniis, V, 5, 11. Contemnitur a militibus, 30, 1. Socordia eius et imbecillitas multorum caussa est malorum, 30, 5 seq., 91, 4. Magistratu abit, 30, 7.

Epetium, oppidum Illyricum, ditionis Issiorum, XXXII, 18, 1 seq.

Ephesus. Ibi magnum numerum militum alebant reges Aegypti, V, 35, 11. Ibi habitat Melancomas, VIII, 17, 9. Ei inhiat Antiochus M., XVIII, 32, 1; eamque tenet, XX, 11, 2; coll. c. 10, 16; XXI, 9, 10. Eumeni datur a Romanis, XXII, 27, 10. Ibi Heraclides pro Alexandro Bala, Antiochi Epiphanis filio, bellum parat adversus Demetrium Soterem, XXXIII, 16, 15. Memoratur XII, 26 c, 2, ubi τῶν ἐψομένων ᾠῶν ἐν Ἐφέσῳ.

Ephorus, historiae universalis scriptor, V, 33, 2; de origine urbium et de cognitione migrationeque gentium optime exposuit, XXXIV, 1, 3; conf. IX, 1, 4. Musicam ad fraudem hominum ait inventam, IV, 20, 5. Laudat rempublicam Cretensium et cum Spartanorum republica confert, dissentiente Polybio, VI, 45 seq. Eius errores ex professo notaverat Polybius libro XII, sed ea pars intercidit. Vid. XII, 22, 7. Eundem contra Timaei reprehensiones defendit Polybius XII, 4 a, 3 seqq., et 23, 1 et 3. Non satis rerum experientia valet, XII, 25 f, 1—5. Maritimorum proeliorum satis peritus; terrestrium vero plane ignarus, ibid. Quod attinet ad elocutionem aut materiae tractatum, permirus est, XII, 28, 10. Suavissima apud eundem historici et oratoris comparatio, ibid. § 11. Eius dictum: optimam historiam eam fore,

cuius scriptor ipse rebus gestis interfuerit, XII, 27, 7.
Ephorus Messeniorum Sciron, IV, 4, 3. Eorundem ephori Oenis et Nicippus, IV, 31, 2.
Ephori Spartanorum dissident inter se de societate sive cum Philippo et Achaeis sive cum Aetolis facienda, IV, 22 seq. Adimantus ephorus occiditur a factione Aetolica, 22, 11. Novi ephori Philippo faventes trucidantur dum sacra faciunt, 34 seq. Chilo trucidat ephoros, qui Lycurgum regem creaverant, 81. Ephoros Spartanorum omnes simul cum regibus in historia sua annotaverat Timaeus, XII, 12, 1. Quamdiu eis veluti parentibus obtemperarunt reges, Lacedaemon Graeciae principatum obtinuit, XXIV, 8b, 1. Ephororum curia (ἀρχεῖον), IV, 35, 9.
Epichares, praefectus navis Rhodiae, XXX, 9, 9.
Epicharmi dictum: Sobrius esto etc., XVIII, 23, 4; XXXI, 21, 14.
Epicydes, origine Syracusius, Carthagine lares habens, cum fratre Hippocrate ab Hannibale mittitur ad Hieronymum, Syracusarum regem, VII, 2, 3 seq. VIII, 5, in Add.
Epidamnus. Vid. Dyrrachium.
Epidaurus, oppidum Argolicum, a Cleomene occupatum, II, 5, 2. Adde XXX, 15, 1.
Epigenes copias reduxit, quas Seleucus, Antiochi M. frater, in Asiam cis Taurum duxerat; eum suadentem Antiocho ut expeditionem adversus Molonem ipse susciperet, calumniatur Hermias, V, 41 seq. et 49. Dolo Hermiae amandatur ab exercitu, denique ficto crimine occiditur, 50 et 51, 5.
Epigramma in honorem Arcadum in columna ad aram Iovis Lycaei Messenae, IV, 33, 2 seq. Aliud Sami poetae, V, 9, 5.
Epipolae, pars urbis Syracusarum, capta a Romanis, VIII, 37, 5.
Epirus, Epirotae. Eam ab Acarnania separat sinus Ambracicus, IV, 63, 6. Eius urbs Phoenice ab Illyriis proditione capta, II, 5. Epirotae auxilio venientes caeduntur fuganturque ab Illyriis, ibid. Ab Aetolis et Achaeis opem petunt, et quanquam illi cum auxiliis advenerunt, tamen pacem et foedus faciunt cum eisdem Illyriis, 6. Cum Epiri rege Alexandro, Acarnanum oppida partiti erant Aetoli, II, 45, 1; IX, 34, 7. Epirotae arma sociant cum Antigono et Achaeis adversus Cleomenem, II, 65, 4; IV, 9, 4. Eorum oram populantur Aetoli, IV, 6, 2. Ab Achaeis invitantur ad Bellum Sociale adversus Aetolos, IV, 15, 1 seq.; initio inconstanter et parum ingenue se gerunt, 16, 1; 30, 6 seq.; dein copias suas Philippo iungentes persuadent ei ut Ambraciam obsideat, 61. Epirum devastant Aetoli, et Dodonaeum templum cremant, IV, 67. Epirotae classem iungere cum Philippo ad Cephalleniam iubentur, V, 3, 3. Adversus Aetolos, Romanos et Illyrios opem Philippi implorant, X, 41, 4. Cum eis

legati Romani Phoenicae agunt de bello Philippo inferendo, XVI, 27, 4. Ex Epiri faucibus propere recipere se cogitur Philippus et earum potitur T. Quintius, XVII, 3, 9; XVIII, 6, 4; XXVII, 13, 2. Per legatos Chalcide agunt cum Antiocho, XXI, 3. Cum M. Fulvio cos. consultant de bello Aetolico, XXII, 9, 1 seqq. et § 19. Legatos Romam mittunt contra Philippum, XXIV, 1, 10. A. Hostilius cos. per Epirum in Thessaliam adversus Perseum profecturus, parum abest quin hostibus proderetur, XXVII, 14. Ibi post bellum Persicum civilium caedium omnia plena, XXX, 14, 7 seqq.; XXXII, 21 seq. Eorum urbes 70 evertit L. Aemilius Paullus, XXX, 15, 5. Legatio eorum Romam missa, XXXII, 24. Conf. Charops, Cephalus, Molossi.

Epistola Scipionis Africani maioris ad Philippum, X, 9, 3; eiusdem ad Prusiam, XXI, 9; Scipionis Nasicae ad aliquem ex regibus, XXIX, 6, 4.

Epistratus Acarnan, dux equitum et levis armaturae Achaeorum in pugna ad Caphyas, IV, 11, 6.

Epitalium, oppidum Triphyliae, in deditionem accipitur a Philippo, IV, 80, 13.

Eposognatus, regulus Gallograecorum, amicus Romanorum, officia sua illis apud alios etiam reges pollicetur, XXII, 20, 1 seqq. et § 8 seqq.

Equi Hannibalis e puppibus nantes trahuntur per Rhodanum, III, 43, 4; amissi in Alpibus sponte redeunt in castra, 53, 3. In Etruriae paludibus plurimi pereunt, aliis ungulae excidunt, 79, 7 seqq. Equos Alexandriam advehit Nicagoras Messenius, V, 37, 7. Equorum armenta regum Syriae commissa Medorum curae, V, 44, 1; X, 27, 1 seq. Conf. Equites. Equum bellatorem Romani ante urbem die quadam iaculis configere solent: sic plerique barbarorum bellum suscepturi caeso equo rem futuram divinant, XII, 4 b, 1 seqq.

Equiso Nabidis XIII, 8, 3.

Equites Nisaei; vid. Nisaei. Equites Romani decem annua stipendia facere tenentur, VI, 19, 2. Equitum numerus in legione, vid. Legio. Equitum turmae, ἴλαι; earum praefecti, ἰλάρχαι, decuriones, VI, 25, 1 seq. Eorum arma olim parum commoda, dein ad morem Graecorum in melius mutata, 25, 3 seqq. Equites Romani, agiles ad desiliendum de equis et rursus insidendum, VI, 25, 4; XI, 21, 4. Celtiberi equites, ubi opus est, pedibus pugnant, equis immotis stantibus, fragm. hist. 13. In equitatu praecipuum robur fuit Hannibalis, IX, 3, 9 seqq.; conf. III, 110, 2; 117, 4. Equitum variae conversiones et decursiones, X, 21. Eorum acies qua altitudine locetur ad pugnam et quot equites capiat stadium, XII, 18, 3 seqq.

Eratosthenes, novissimus ante Polybium geographica tractavit, et superiores scriptores reprehendit, ipse tamen Pytheae fabulis adhibens

fidem, XXXIV, 5. De eodem quid senserit de Homeri poesi c. 4, 4; fidem ei habendam dixit Polybius 13, 1.

Eretria, urbs Euboeae insulae: eam Romanis tradi post bellum Philippicum queruntur Aetoli, XVIII, 28, 5: sed ei senatus Rom. libertatem tribuit, 30, 10 seq.

Eretria Phthiotidis in Thessalia, XVIII, 3, 5.

Eribanus: via ab Eribano (ἀπὸ τοῦ Ἐριβανοῦ) Capuam, III, 91, 9.

Eribianus mons, cuius per angustias Hannibal ex Samnio in Campaniam transiit, III, 92, 1.

Eridanus, poeticum nomen Padi fluvii, II, 16, 6.

Erycinae Veneris templum in summo monte Eryce occupatum a Romanis, I, 55, 6; 58, 2; spoliatum a Gallis, Poenorum mercenariis, qui ad Romanos transierant, II, 7, 9. Conf. Eryx.

Erymanthus, fluvius et mons Arcadiae, IV, 70, 8 seq.; 71, 4.

Erymanthus, Asiae fluvius, inter Arachosiam et Drangenen, XI, 34, 13.

Erythrae, urbs maritima Ioniae, in quam ex proelio navali ad Chium evasit Attalus, XVI, 6, 5 et 8. Erythraei pro fide Romanis bello Antiochico praestita agro donantur, XXII, 27, 6.

Erythraeum s. Rubrum mare, sinus Persicus, IX, 43, 2. Provincia vel praefectura regni olim Persici, dein Syriaci, ad Persicum sinum a parte Arabiae. Conf. V, 46, 7; 48, 13; 54, 12. Item pars Arabiae Felicis ad Persicum sinum sita, XIII, 9, 3 et 5.

Eryx mons in eo Siciliae latere quod Italiam spectat, inter Drepana et Panormum, maximus post Aetnam, I, 55, 7: eius verticem et radices praesidio occupant Romani, 58, 2. Conf. Erycinae Veneris templum.

Eryx oppidum, in medio monte Eryce; a Romanis primum, dein a Poenis occupatum, I, 55, 6; 58, 2: inde a Romanis obsessum, I, 58 seqq. et II, 7, 8. Oppidum Romanis prodere moliti sunt Galli, Poenorum mercenarii, II, 7, 8 seq.

Ἑστία. Vid. Vesta.

Etennenses, montana Pisidiae supra Sidam incolentes, V, 73, 3.

Etesii venti a septentrione stantes; eis e Ponto Euxino Hellespontum versus feruntur naves; oppositus his auster, IV, 44, 6, coll. § 10. Eorum vis inter Cephalleniam et Messeniam, V, 5, 3 et 6.

Etruria, ἡ Τυρρηνία. Eius situs et fines, II, 16, 2 seq. In ea geritur bellum Gallicum Cisalpinum, II, 23 seqq. In eam P. Scipio ex Gallia navibus redit, ut inde Hannibali ad Alpes occurrat, III, 49, 4; 56, 6. In eam commeatus conferunt Romani ad bellum adversus Hannibalem, III, 75, 6. Eam per paludes petit Hannibal, 78 seqq. Cladem in ea patiuntur Romani, III, 108, 9; V, 101, 3 et 7; 105, 3, nempe ad Trasimenum lacum, III, 84. Etruriae longitudo, XXXIV, 11, 3. Etruscorum sedes, II, 16, 1. Olim coloniis

tenuerant campos circa Padum (e quibus dein a Gallis eiecti sunt), simulque Campaniae campos, II, 17, 1 seqq. Cum Gallis Transalpinis et Cisalpinis in ditionem Romanam irrumpunt, II, 19. Caeduntur a Romanis ad Vadimonem lacum, subiguntur-que, I, 6, 4; II, 20. Socii Romanorum bellō cum Gallis Cisalpinis, II, 24, 5.

Etruscum mare, Tuscum, Tyrrhenum, I, 10, 5; ab occasu Italiae, II, 14, 4; 16, 1; XXXIV, 6, 6.

Eua, ὁ Εὔας, collis prope Sellasiam in Laconica, ubi committitur pugna Antigoni cum Cleomene, II, 65, 8 seq.; 66, 5. In eo sacra facit Philippus rex, V, 24, 9.

Euagoras, rex Salaminiae, ad Cyprum contra Persarum regis duces pugnat, XII, 25f, 2.

Euagoras Aegiensis accusatur a Critolao ut qui secreta Achaeorum prodat Romanis, XXXVIII, 5, 4.

Euanoridas, nobilis Eleus, bello captus a Lyco, propraetore Achaeorum, V, 94, 6.

Euboea insula. Per eam Antigonus cum exercitu e Thessalia ad Isthmum proficiscitur, Thermopylis interceptis ab Aetolis, II, 52, 7 seq. Eam incolentes opem Philippi implorant adversus Aetolos eorumque socios, Attalum et Romanos, X, 41, 3. Conf. 42, 2 et 7. Totam praesidiis tenet Philippus, XVII, 11, 6. Conf. Chalcis et Eretria.

Euboea, puella Antiocho Chalcide nupta, XX, 8, 4.

Euboicum talentum, I, 62, 9; XV, 18, 7; XXI, 14, 4. Conf. Talentum.

Eubulides Chalcidensis; eum Romanis tradere iubetur Antiochus, XXI, 14, 7; XXII, 26, 11.

Eucampidas Arcas immerito proditor dictus est a Demosthene, XVII, 14, 2 et 12.

Euclidas, frater Cleomenis, praeest parti copiarum in pugna ad Sellasiam, II, 65, 9; 67, 3: imperite rem gerit, 68.

Eudamidas, rex Spartae, pater Agesilai, avus Hippomedontis, IV, 35, 13.

Eudamidas, pater Archidami, regis Spartae, gener Hippomedontis, ibid.

Eudemus vel Eudamus, classis praefectus Rhodiorum cum Pamphilida, XXI, 8, 5.

Eudemus, Milesiorum legatus in Aegyptum, XXVIII, 16, 5; 17, 3.

Eudoxus de rebus Graeciae bene scripsit, XXXIV, 1, 3.

Euergetes Physcon, XXXIV, 14, 6. Vid. Ptolemaeus.

Euhemerus Messenius, scriptor historiarum, XXXIV, 5, 10: eum Bergaeum appellat Eratosthenes, i. e. fabulatorem, ibid. Eodem referendus locus XXXIV, 6, 15.

Euippus (male Bippus scriptus), Argivus, Romam legatus, XXV, 2, 3, 11; 3, 4.

Eulaeus, spado in aula Aegyptiaca, caussa belli Antiochi Epiphanis cum Ptolemaeis fratribus, XXVIII, 17, 5. Cui Ptolemaeo victo ut in Samothracen cum thesauris fugiat suadet, XXVIII, 17a.

Eumenes, Attali filius, rex Pergami. (Conf. Attalus.) Exiguam ditionem hereditate

sortitus, eam tantopere auxit, ut nulli fieret inferior, XXIV, 8 b, 3. Eius bella cum Prusia et Gallograecis et socio Ariarathe adversus Pharnacem, III, 3, 6. Post bellum Philippicum Oreum et Eretriam ei dare voluerunt decem legati Romani; sed prohibet T. Quintius, XVIII, 30, 10 seq. Auxilia ei mittunt Achaei, bello Antiochico, XXI, 7, 1 seq. Per legatos donum insigne offert Achaeis, quod respuunt illi, XXIII, 7 seq. Conf. c. 4, 5 seq. Honores eius ab Achaeis sublati restituuntur, rogante Attalo, XXVII, 15; XXVIII, 7 et 10, 7: qui singulari amore fratrem complectebatur, XXVII, 15, 4. Bonam eorum concordiam Philippus discordibus filiis ante oculos ponit, XXIV, 8 b, 3. Ab Antiocho Pergami aliquantisper includitur, XXI, 8, 1; XXII, 3, 10. L. Aemilio suadet ut non audiat Antiochum de pace agentem ante Scipionum adventum, XXI, 8, 4 seqq. Foedere Romanorum cum Antiocho comprehenditur, XXI, 14, 6; XXII, 26, 7 et 20 seq. Romam proficiscitur cum legatis Romanis, qui a senatu peterent confirmationem pacis cum Antiocho, XXI, 14, 12. Honorifice excipitur, XXII, 1. Eius oratio ad senatum, qua sua et patris in Romanos merita praedicat, XXII, 2—5. Cum decem legatis Romanis Ephesum redit, et inde Apameam ad Cn. Manlium venit, XXII, 25, 6 seqq. Ei a Romanis dantur omnes cis Taurum populi, qui Antiocho paruerant, excepta Lycia et Caria; Graecae civitates, quae Attalo tributum pependerant, eidem idem tributum pendere iussae, XXII, 7, 7; tum Chersonesus, Lysimachia, et alia Thraciae loca, XXII, 27, 3 seq. et 9 seqq. Matrimonium filiae Antiochi sibi oblatum respuerat, XXII, 3, 9. De Thraciae urbibus contendit cum Philippo, XXIII, 4, 4; 6, 1; 11, 2. Fratrem Athenaeum legatum Romam mittit, XXIV, 1, 4; 3, 1 seqq. Bellum cum Prusia gesserat, XXIII, 18, 8; conf. III, 3, 6: ad quod auxilia Prusiae miserat Philippus, XXIV, 1, 4; 3, 1. Bellum cum Pharnace gerit et ea caussa legatos Romam mittit, in his Attalum fratrem, III, 3, 6; XXIV, 10, 1 seqq.; XXV, 2, 6 seqq.; 4, 4. Induciis factis cum Pharnace omnes fratres suos Romam legatos mittunt, XXV, 6. Pax et formula foederis, quo ab una parte nominantur Eumenes, Prusias et Ariarathes; ab altera Pharnaces et Mithridates, XXVI, 6. Invitatus a Rhodiis ad bellum adversus Lycios accurrit, XXV, 5, 13: sed offendit Rhodios et suspectum se eis reddit, XXVII, 6, 5 seqq. Cydoniatis Cretensibus ex foedere praesidium mittit adversus Gortynios, XXVIII, 13. Delphis ei insidias struit Perseus XXII, 22 a, 5 et 22 b, 2. Quarum crimen Romae apud senatum per legatos defendit Perseus, XXVII, 7, 2. Ad Eumenem legatos mittit Perseus de bello adversus Romanos, XXIX, 3, 8. Eumenes pacis inter Perseum et Romanos se

conciliatorem fore sperat, XXIX, 1 d, 3. Hanc spem Perseo coemendam per Cydam Cretensem offert, XXIX, 1 c, 1 et 1 e. Eumenes et Perseus mutuo se arcanis artificiis fallere student, XXIX, 1 d, et 1 e. Intercessionis conditiones Perseo ab Eumene oblatae, XXIX, 1 f. Hanc Eumenis agendi rationem vituperat Polybius, XXIX, 1 g, et 1 h. Ut iniustam pecuniam acciperet, periculum quodvis spernebat, XXIX, 1 h, 4. Calliditate sua Persei tenacitatem expugnare non potest, XXIX, 1 h. In Romanorum suspicionem venit, XXIX, 1 c, 2 seq. Ab eo alienati Romani, quod oblique in bello Persico se gesserat, Attalum, Romam a fratre legatum, incitare student ut pro se contra fratrem apud senatum loquatur, XXX, 1, et XXIX, 1 c, 2. Eius caussa senatus consulto prohibent Romani ne reges ulli ad se Romam venirent, XXX, 17, 6, et XXIX, 1 c, 3. Eius regnum a Gallis invaditur, XXIX, 6 b, 3; XXX, 1, 1 et 3; 2, 8; 3, 2; 17, 11 seq. Ab eius imperio Gallograecos liberant Romani, XXXI, 2, et c. 6, 2 et 6. Quanto gravius ei succensent Romani, tanto eum impensius amplectuntur Graeci, XXXI, 10 a. Accusatus a Prusia et Gallis Attalum et Athenaeum fratres Romam ad se purgandum mittit, XXXI, 6 et 9, 2. Ad accusandum eum omnes, qui vellent, Sardes invitat Sulpicius Gallus, legatus Romanus, XXXI, 10. Rursus Attalum Romam mittit, XXXII, 3 et 5, 5 seqq. Rhodiis ducentos et octuagies mille frumenti modios dono mittit, XXXI, 17 a, 1. Mors eius et elogium, XXXII, 23. Ei succedit frater Attalus, ibid. § 8, regnum administrans pro Attalo puero, Eumenis filio, XXX, 2, 6; XXXIII, 16, 1 seqq. Tres habuit fratres caros et regni salutisque suae custodes, XXXII, 23, 6; XXII, 1, 6; 5, 7; 27, 9; pius in matrem, XXIII, 18 (XXI, 20). Ipse et Philetaerus suo favore aluerant vitia Pytheae Thebani, XL, 1, 2.

Eumenes, legatus Ptolemaeorum fratrum ad Achaeos, XXIX, 8, 5.

Evocati in exercitu Romano, qui ultro in gratiam consulis militant, VI, 31, 2 seq.

Euphanes Cretensis, dux militum auxiliarium ab Antiocho Eleis missorum, XX, 3, 7.

Euphrates fluvius: eius origo, cursus, natura, et alvei in quos scissus est, IX, 43. Inter eum et Tigrim est Pulcher qui vocatur Campus, VIII, 25, 1.

Eupolemus, praefectus equitum Aetolorum in exercitu T. Quintii, XVIII, 2, 9 seqq.; 4, 5.

Eupolemus, nescio an idem qui praecedens, Romam abductus, XXVIII, 4, 6.

Eureas, Achaeorum legatus Romam, XXXI, 6, 1; 8, 3.

Euripidas vel Euripides (est enim haud dubie unus vir idemque), Aetolus; Cynaethae oppido praefectus ab Aetolis, IV, 19, 5; dux ab Aetolis missus Eleis sociis, fines Achaeorum populatur, IV, 59. Rursus Sicyoniam populatur, sed turpiter suos de-

serit adveniente Philippo, et Psophidem evadit, 69, 2; 70, 11. Inde, urbe a Philippo capta et arce per pactionem dedita, ex pacto incolumis in Aetoliam redit, IV, 72. Denuo eundem ducem ab Aetolis petunt Elei in locum Pyrrhiae, V, 94, 2 seqq.; 95, 6 seq.

Euripides, tragicus poeta: dictum eius (ex Antiopa), Ἓν σοφὸν βούλευμα etc., I, 35, 4; VIII, 5, 3. Ex incerta tragoedia, Ἀεὶ πρασίμοχθοι etc., V, 106, 4. E Cresphonte: Εἰρήνα βαθύπλουτε etc., XII, 26, 5.

Euripus, fretum Euboeae: Cenchreis Philippus per eum navigat Demetriadem, V, 29, 5. Per eundem cum navibus Cenchreas redit, V, 101, 2 et 4. Rursus per eum cum classe navigat, V, 109, 5.

Euromus, Cariae oppidum, unde praesidia deducere iubetur Philippus, XVII, 2, 3; XVIII, 27, 4. Mylasenses occupant τὰς ἐν Εὐρώμῳ πόλεις, Euromensium urbes, XXX, 5, 11 seqq.

Europa; una e tribus terrae partibus, inter Tanaim et Herculis columnas comprehensa, III, 37, 2 seqq. Eius longitudo, XXXIV, 7, 8 seq.; latitudo, XXXIV, 15. Macedonum regnum in ea minimam eius partem complexum est, I, 2, 4. Eius gentes occidentales pugnacissimae, I, 2, 6. Antiochi in eam traiectio, III, 3, 4.

Europus, urbs Parapotamiae ad Tigrim, V, 48, 16.

Eurotas, Peloponnesi fluvius, Spartam ab ortu praeterfluens, V, 21, 2; 22, 2 seqq.; 23, 8 seqq.; VIII, 35, 8; IX, 8, 7; XVI, 16, 2.

Eurotas, Italiae inferioris fluvius prope Tarentum, idem qui alias Galaesus, VIII, 35, 8.

Euryclidas et Micion rhetores consiliis suis regunt Athenienses, et turpiter blandiuntur regibus, V, 106, 7.

Euryleo, praetor Achaeorum ignavus, X, 24, 1.

Eurylochus, praeest Cretensibus in exercitu Antiochi M., V, 79, 10.

Eurylochus Magnes centurias milites Ptolemaei Philopatoris, V, 63, 12; agemati praest, 65, 2.

Eurymedon in Siciliam delatus civitates concitat ad inferendum Syracusanis bellum, XI, 25 k, 3.

Euthydemus, origine Magnes, Bactrianae regno potitur, XI, 34, 1 seq.; eum proelio vincit Antiochus M., X, 49: qui pacem ei dat et filio eius Demetrio suam filiam desponde, XI, 34.

Euxinus Pontus. Vid. Pontus.

Exercitationes militares Scipionis Africani maioris captae Nova Carthagine, X, 20, Philopoemenis exercitati equitum, X, 21 seq.

Exsequiarum celebratio apud Romanos, VI, 53 seq.

Exsilio voluntario effugere capitis poenam licet civibus Romanis, VI, 14, 7 seq.

Exsules Lacedaemonii, Achaei etc. vide suo loco.

Extraneorum sociorum sedes in castris Romanis, VI, 31, 9.

Extraordinarii, selecti e sociis in legione Romana, VI, 26, seqq.; eorum locus in castris

31, 6 seqq. Ex equitibus extraordinariis selecti in castris prope consulem tentoria habent et consuli quaestorique praesto sunt, VI, 31, 2 seq.

L. Fabius, legatus Scipionis Carthaginem missus, XV, 1, 3.

Q. Fabius Pictor, Historiarum scriptor, partium Romanarum nimis studiosus in primi belli Punici historia, I, 14, 2, 3; 15, 12; 58, 5. Eius sententia de caussis belli Hannibalici, III, 8. Licet vixerit Hannibalis aetate et senator fuerit Romanus, tamen non in omnibus fides ei haberi debet III, 9.

Q. Fabius, Maximus cognominatus ob rerum feliciter gestarum magnitudinem; Dictator creatur, III, 87, 6; imperium suscipit, 88, 9 seqq. Cunctatur prudenter, eoque laudatur ab his, culpatur ab illis, 89 seq.; 92, 3 seqq.; 94, 8; 103, 3. In montium angustiis insidias struit Hannibali, quas ille stratagemate facum in cornibus boum accensarum eludit, 92, 10 seqq. Romam ad sacrificium proficiscens frustra monet Minucium, magistrum equitum, III, 94, 9 seq. Ei dignitate par constituitur Minucius; duo dictatores inter se dividunt legiones, 103, Minucio per suam temeritatem laboranti suppetias venit, 104 seq. Ei reconciliatur Minucius et legiones suas rursus cum eo coniungit, 105, 8 seqq. Dictatura abit, 106, 1. Oppugnationi Tarenti intentus est, X, 1, 10. Urbs ei proditur, fragm. hist. 18.

Q. Fabius, uxori T. Quintii sororis filius, Romam legatus a T. Quintio, XVII, 10, 8. An idem qui sequitur?

Q. Fabius Labeo, praetor, praefectus classis, Pataris naves Antiochi accipit crematque, XXII, 26, 30.

Q. Fabius Maximus, L. Aemilii Pauli filius naturalis, frater natu maior Scipionis Africani minoris; cum fratre apud praetorem effecit ut Polybio Romae manere liceret, XVIII, 18, 6; XXXII, 9, 5; 10, 3. Ex bonis patris mortui dotem matri aegre restituere potest, XVIII, 18, 6; XXXII, 8, 4. A Polybio instituitur simul cum fratre, XXXII, 9, 9; 10, 3. In eum liberalis est frater, XXXII, 14. Sub patre Aemilio Paulo cum laude militat bello Persico, XXIX, 6, 3. Inter decem legatos mittitur ad dirimendum bellum Attali et Prusiae, XXXIII, 6, 3. Siciliae praetor praeest, XXXVI, 3, 8.

Faces e speculis accensae signis dandis, X, 43 seqq. De eisdem fragm. gramm. 76.

Faesula vel Faesulae, ἡ Φαισόλα, oppidum Etruriae, II, 25, 6. Ibi a Gallis caeduntur Romani, II, 25. Circa eas primum castra habuit Hannibal paludibus egressus, III, 82, 1 coll. 80, 1.

Falernus, mons et ager Campaniae, III, 90, 10; 92, 6; 94, 7.

Falisci; Romanorum civile bellum cum iis, I, 65, 2.

Fames, I, 18, 10; 19, 7; 84, 9; 85, 1; VII, 1, 3.

C. Fannius, legatus Rom. ad res Illyriorum et Dalmatarum in-

spiciendas, XXXII, 18 seq.; ad coercendas Prusiae iniurias in Attalum, XXXIII, 6; ad Achaeos, XXXVIII, 4, 1.
Feriae novem dierum, supplicatio, XXI, 1, 1 seq.
Ficus frumenti loco, XVI, 24, 9.
Fidei Romanorum se permittere idem valet ac arbitrio victoris se permittere, XX, 9 seq.: conf. XX, 1, 4 seq.: 10, 2 seqq.; XXXVI, 2.
C. Flaminius, tribunus plebis, legem fert de dividendo agro Piceno, II, 21, 7 seq. Consul cum L. Furio Insubribus infert bellum, II, 32; temere agit, aciem ad ipsam fluminis ripam instruens, 33, 7 seqq. Consul iterum cum Cn. Servilio, III, 75; in Etruria ad Arretium cum exercitu considet, 77 seqq.; popularem auram captans, dicendo valens, ad bellum ineptus, 80. Temere intrat angustias ad Trasimenum lacum, 82 seq.; et ibi cadit in pugna, 84. In eius locum sufficitur M. Regulus, 106, 2.
Flaminius, legatus Romanorum ad Ligures, ab his violatur vulneraturque, XXXIII, 7.
Titus Flaminius. Vid. T. Quintius.
Foederum tabulae aeneae servantur Romae in Iovis Capitolini templo in aerario aedilium, III, 26, 1. Foederum formulae s. conditiones pacis: C. Attali cum Prusia, XXXIII, 11; Byzantiorum cum Rhodiis et cum Prusia, IV, 52; Carthaginiensium cum Philippo, VII, 9; Eumenis et Pharnacis sociorumque, XXVI, 6; Romanorum cum Aetolis, XI, 6, 5; XXII, 15; cum Antiocho, XXI, 14; XXII, 26; cum Carthaginiensibus: antiqua foedera ante primum bellum Punicum, III, 22—25; post primum bellum Punicum vel Siculum, I, 62 seq.; III, 27; post bellum Africum foedus de Sardinia Romanis concedenda, I, 88; III, 27, 8; cum Asdrubale in Hispania de Ibero non transgrediendo, II, 13, 7; III, 27, 9 seq.; post bellum Punicum II, victo Hannibale in Africa, XV, 18; cum Hierone, I, 16, 9; cum Philippo, XVIII, 27; cum Teuta, II, 12.
Fons mirabilis in Herculis templo Gadibus, XXXIV, 9, 5 seqq.
Formae reip. Vid. Respublica.
Forum in castris Romanorum, V, 31, 1.
Fossa: pugna ad Fossam, ἡ καλουμένη περὶ Τάφρον, IV, 33, 6.
Fossa regia, ἡ βασιλικὴ Διῶρυξ, ex Euphrate in Tigrim ducta in Babylonia, V, 51, 6. Fossa, qua Leucas a continente diremta est. Vid. Dioryctus.
Fratres Galli in insula inter Isaram et Rhodanum de regno contendentes, III, 49.
Frentani. Romanorum socii bello Gallico Cisalpino, II, 24, 12; agrum eorum, τὴν Φρεντανήν, devastat Hannibal, III, 88, 3.
Frumenti copia in Gallia Cisalpina, II, 15, 1; inopia et caritas Romae bello Hannibalico, IX, 44. Conf. Medimnus. Ex Aegypto frumentum petunt Romani, IX, 44, 1; e Sicilia Rhodii, XXVIII, 2.
Fugitivi servi ex legibus Ro-

manorum cruciati necantur, I, 69, 5.
Cn. Fulvius Centumalus consul classi praeest bello Illyrico cum Teuta, II, 11 seq. Consul iterum, quo tempore Hannibal ad Romam erat, IX, 6, 6 seqq.; 7, 1.
M. Fulvius Nobilior (plerumque nude Marcus dictus), consul, adversus Aetolos mittitur, XXII, 8, 9; c. 10; oppugnat Ambraciam, 9—10; pacem dat Aetolis, 12 seq.; capit Samen, urbem Cephalleniae, 23, 1, coll. c. 13, 13 seq. Eius frater uterinus est C. Valerius Laevinus, XXII, 12, 10 seq. In Peloponnesum venit ad diiudicandam controversiam Lacedaemoniorum et Achaeorum, XXIII, 10, 14.
Q. Fulvius Cos. cum T. Manlio Boios in deditionem accipit, II, 31, 8.
Q. Fulvius, a T. Quintio Romam legatus de pace Philippo danda, XVII, 10, 8.
Q. Fulvius Nobilior Cos. bellum in Hispania gerit, XXXV, 4, 2.
Servius Fulvius Cos. cum M. Aemilio classem Punicam capit, infando naufragio suam classem amittit, I, 36 seqq.
Funeris curatio apud Romanos mortuo viro illustri, VI, 53.
Fures in castris Rom. fuste percutiuntur, VI, 37, 9.
C. Furius Pacilus Cos. cum L. Caecilio in Siciliam mittitur, I, 39, 8. Cum collega Thermam et Liparam capit, I, 39, 13. Cum dimidio copiarum in Italiam redit, I, 40, 1.
P. Furius Cos. cum C. Flaminio bellum infert Insubribus, II, 32.
Fustuarium, supplicium militare apud Romanos, VI, 37.

A. Gabinius ad Achaeos legatus, XXXVIII, 4, 1; 5, 9.
Gadara (τὰ), Coelesyriae urbs egregie munita, capta ab Antiocho M., V, 71, 3. Victo Scopa recepta ab eodem Antiocho, XVI, 39, 3.
Gades, XXXIV, 7, 7. Inde usque ad Tanaim omnem oram maritimam se percurrisse gloriatus est Pytheas, XXXIV, 5, 8. Ibi in templo Herculis fons est mirabilis, XXXIV, 9, 5 seqq.; XXXIV, 15.
Gaesatae vel Gaesati, Galli, inter Alpes et Rhodanum incolentes, ab Insubribus et Boiis concitantur adversus Romanos, II, 22 seq. Add. c. 28, 3. Nomen habent ab eo quod mercede militant, II, 22, 1. Eorum reges Concolitanus et Aneroestus, ib. § 2. Nudi pugnant in acie, II, 28, 8. Caeduntur a Romanis, II, 30. Novus eorum exercitus conducitur, 34, 2.
Gaezotoris, Galatiae regulus in Asia, XXV, 4, 6.
Galadrae, oppidum Macedoniae. Cives Galadraei, fragm. hist. 19.
Galaesus, fluvius prope Tarentum; idem Eurotas dictus, VIII, 35, 8.
Γαλάται, Galatae, Polybio promiscue dicuntur Galli omnes, cum Europam incolentes, tam cis quam trans Alpes (qui alias Κελτοὶ), tum Asiam habitantes, qui et Gallograeci. Conf. Galli, Gallia, Aegosages, Tectosages, Tolistobogii, Trocmi.

Γαλατία, Galatia Asiae, s. Gallograecia, XXV, 4, 1 et 6; 5, 6; XXVI, 6, 4.
Γαλατία, Gallia Cisalpina, II, 24, 8; III, 40, 3; 118, 6.
Γαλατία, Gallia Transalpina, II, 22, 6.
Galatis (rectius Galaditis vel Galaaditis), Asiae regio, trans Iordanem, Arabiae finitima: eam intrat Antiochus cum exercitu et Abila urbem subigit, V, 71, 2.
Galatus, Boiorum rex, a suis occisus, II, 21, 5.
Galea, nuda velitum Romanorum, VI, 22, 3; cristata, gravis armaturae, 23, 12 seq.
Galeotae vel Xiphiae piscis venatio, XXXIV, 2, 15 seq. et c. 3.
Galli gallinacei, XII, 26, 1. Eorum pugna, I, 58.
Galli, sacerdotes Magnae Matris, *οἱ Γάλλοι* XXII, 20, 5.
Galli, populus, promiscue *οἱ Γαλάται* et *οἱ Κελτοί*; sive Europam incolentes cis aut trans Alpes, sive Asiam. Conf. *Γαλάται*, *Γαλατία*, et Gallia. Romam vi capiunt, I, 6, 2; II, 18, 2. Eorum clades Delphica, I, 6, 5; II, 20, 6; 35, 7; IV, 46, 1. Mercenarii Poenorum multiplicem committunt perfidiam, II, 7. Hi olim Autaritum habuerant ducem, I, 77, 5; initio patria eiecti ob perfidiam in propinquos et cognatos suos commissam, II, 7, 6. Illyriis Phoenicen produnt, Epiri urbem, II, 5. Galli Italiam incolentes, s. Cisalpini, I, 13, 4; III, 48, 6; braccati, II, 28, 7. Cum eis bellum gerunt Romani; bellum Gallicum Cisalpinum, I, 13, 4; II, 13, 7; 23—35. De eisdem ex professo agit Polybius, II, 14 seqq. Eorum frequentia, pulchritudo, proceritas, II, 15, 7; vitae ratio II, 17, 9. Conf. Gallia Cisalpina. — Galli Transalpini II, 15, 8 seqq.; c. 19, 1; 21, 5. Inalpini, *οἱ τὰς Ἄλπεις κατοικοῦντες*, bella movent Cisalpinis, II, 18, 4. Conf. Inalpini populi. — Galli Etruscos superiori Italia pepulerunt, II, 17. — Galli Transpadani: Lai s. Laevi, Libicii, Insubres, tum Veneti, sermone quidem diverso utentes, II, 17, 4 seqq. Cispadani: Ananes, Boii, Lingones, Senones II, 17, 7. Gallorum variae irruptiones in ditionem Romanorum, II, 18—22. Legatos, a M. Curio de redimendis captivis missos, necant, 19, 9. Bellum Gallicum Cisalpinum: Galli Insubres et Boii adversus Romanos concitant Gallos Gaesatos, II, 22. (Conf. Gaesatae.) Populantur Etruriam, 25, 1 seqq.; caedunt Romanos ad Faesulam, 25, 7 seqq. Redeuntes, simul a fronte et a tergo invaduntur a Romanis, c. 27; et acie bifronte pugnant, braccati Insubres et Boii, nudi Gaesati, 28; caeduntur a Romanis ad Telamonem, 28 et seqq. Fortissime pugnantes, solo genere armorum vincuntur, II, 30, 7. Gladius eorum ad caedendum solum valet, 30, 8; 33, 5; III, 114, 2 seq. Gallicum scutum virum non tegit, II, 30, 3. Eorum omne genus in fervore animorum et primo impetu atrocissimum, II, 33, 2; in omnibus actionibus ira et impetu, non consilio, re-

Molles et labo-
tes, III, 79, 4;
nstantes in fide
32, 8; III, 70, 4.
est, postquam
unt, ut intesti-
s de praeda ca-
decertent, prae-
ero ciboque se
, II, 19, 4. De
orum adde XI,
llos Cisalpinos
legatos mittit
I, 34. Magilus
allia Cisalpina
n venit ad Rho-
4. Cisalpini ad
alis transeunt,
8. Duce Bren-
maeo Cerauno,
acedonibus, in
unt Graeciam,
tunc soli resti-
IX, 30, 3. Ii
nvaserunt, par-
os internecione
artim in Asiam
, 6, 5. Pars eo-
Brenno patria
elphicam decli-
em, ubi ad Hel-
ervenerunt, in
procul Byzan-
unt cum rege
regiam condi-
Byzantios bello
gravissima ab
presserunt, IV,
eqq. Illud Gal-
sub postremo
auaro cum ipsa
tum a Thraci-
46, 4; conf. 38,
gosagas, IV, 77,
Europa accivit
ersus Achaeum,
, 2. Eorum ope
Ionicas urbes,
quae Achaeo se tradiderant, recepit Attalus, V, 77. Eos in bellis sequebantur uxores et liberi, plaustris vecti, 78, 1. Eosdem Attalus, quum lunae defectum pro ostento habentes progredi ulterius nollent, ad Hellesponti oram remisit, et sedes ibi eis assignavit, 78. Eosdem Prusias, quum effusa licentia civitates ad Hellespontum depopularentur, bello petens, internecione delevit, V, 111. Galli mille (equites) in exercitu Antigoni adversus Cleomenem, II, 65, 2. Gallici (*Γαλατικοὶ*) equites in exercitu Philippi et Achaeorum bello Sociali, V, 3, 2; 17, 4. Galli s. Galatae Rigosages (sive Aegosages aut Tectosages) in exercitu Antiochi contra Molonem, V, 53, 3. Galli s. Galatae in Molonis exercitu, V, 53, 8; in exercitu Ptolemaei Philopatoris, mixti Thracibus, V, 65, 10. Gallorum et Scytharum facinora patrare, IX, 34, 11. proverbialiter dictum, ex metu Gallorum, qui saepe Graecos non solum pristinis temporibus sed etiamnum Polybii aetate anxios tenuit, II, 35, 9; XXVI, 9, 3. Galli in Asdrubalis castris temulenti in modum victimarum iugulantur a Romanis, XI, 2, 1. In Galliam mittuntur ambo consules quo anno T. Quintio prorogata est Macedonia provincia, XVII, 11, 1 seq.; 12, 1. Bellum cum Gallograecis s. Gallis Asiam incolentibus a Cn. Manlio Cos. gestum, post bellum Antiochicum, XXII, 16—24; III, 3, 5. Victoriam de iis relatam Graecae omnes civitates per

Asiam laetae gratulantur Cn. Manlio, XXII, 24, 2 seq. Res in Gallograecia constituunt decem legati cum Cn. Manlio, 27, 12. Galatiam, quae sub Eumene erat, populatur Pharnaces, sociis utens duobus Galatarum regulis, Carsignato et Gaezotori, XXV, 4, 1 et 6: addę c. 5, 6. Pace cum Eumene facta prohibetur Pharnaces Galatiam ingredi, et foedera eius cum Gallis irrita declarantur, XXVI, 6, 4. Perseus societatem cum iis init, XXVI, 9, parce cum iis agens, XXIX, 1 h, 6. Galli (Gallograeci) Eumenis regnum invadunt, XXIX, 6 d; XXX, 1, 1 seq.; 2, 8; 3, 2. Legatos ad eos mittunt Romani, 3, 7 seq.; qui tamen lubentes patiuntur ut Eumenes ab eis prematur, 15, 12 seq. Eisdem Asiam incolentibus, libertatem suis legibus vivendi et Eumenis imperio se subtrahendi dat senatus Romanus, XXXI, 2; conf. c. 6, 2 seqq. Rursus per legatos queruntur de Eumene, incitati etiam a Prusia, XXXII, 5, 5. Conf. Tectosages, Tolistobogii, Trocmi.

Gallia, *ἡ Γαλατία*, *ἡ Κελτικὴ* et *ἡ Κελτία*, VII, 9, 6. Conf. *Γαλατία* et Galli. Gallia Cisalpina, II, 13, 7, coll. 14, 3; III, 34, 2; 39, 10; 47, 4; 56, 3, coll. 14, 7; III, 86, 2; II, 32, 1; III, 77, 3; *ἡ Γαλατία* dicta, II, 21, 8; 24, 8; III, 87, 2; 118, 6. Galliae Cisalpinae figura, ubertas, hominum frequentia, II, 14 seq. De eius ubertate conf. III, 87, 1 et 3. In ea est Apenninus mons et Padus fluvius, II, 16. Eius populi; vide Galli Transpadani et Cispadani. Eam i greditur Hannibal, III, 56. Gallia Transalpina, II, 22,

Gallograeci. Vid. Galatae Galli, Tolistobogii, Tectos ges, Trocmi, Aegosages, I gosages.

Garsyeris exsul hortatur Achs um ad sumendum regium r men et diadema V, 57, Ab Achaeo cum exercitu m sus ad Pedlenissenses ob dione liberandos repellit S genses a Pedlenisso et ipsa Selgam capit, V, 72—74.

Gatalus, dynastes Sarmata, p ce inter Eumenem et Phs nacem facta comprehendit XXVI, 6, 13.

Gaza, urbs Coelesyriae mari ma, ab Aegypto venientib proxima post Rhinocolura Rhaphiam, V, 80, 3 seq. commeatus convehuntur Ptolemaeo Philopatore bellum adversus Antioch M., V, 68, 2. Gazenses Gazaei, sicut olim Persis deinde Alexandro, sic de Antiocho M. urbem opp gnanti fortiter restiteru et fidem regibus Aegypti s varunt, XVI, 40; conf. 18, Zeno historicus in histo obsidionis Gazae verba m gis quam res curavit, XV 18, 1. Obsidio XXIX, 6 a, 5

Gela, urbs Siciliae; eius civ Eurymedontis tempore a versa fortuna afflicti legati nem ad Camarinenses pro i duciis mittunt, XII, 25 k, Utriusque populi socioru legati Gelam conveniunt conferendum de communib commodis, ibid. § 4. De h re in senatu Gelae Herm

tio apud Timaeum,
atus Phocaeensium
um, Antiochi M. fi-
I, 4, 4.
nis filius, Syracusa-
, liberalis in Rho-
3, 5; pius in patrem,
n vita decessit, an-
us, VII, 7, 7; 8; 8, 9.
uxilia promittit, si
vel mari principa-
edant, XII, 26 b, 1.
ius hac de re sa-
spondet Graecorum
oid. § 2. Ὁ ἀρχαῖος
2.
ὸς τρόπος historia-
endarum, i. e. de
eroumque genera-
X, 1, 4.
Gentius, Pleurati
Illyrici, XXXII, 18,
per legatos ad so-
invitat Perseus,
8 seq.; qui cum eo
, XXIX, 1 h, 6. Ad
persuaderi se pati-
dus adversus Roma-
Perseo faciendum,
seq. Legatos cum
d Rhodios mittit,
, 9; 3, 7, et c. 5.
et crudelis, fratrem
occidit, XXIX, 5,
triumpho ducitur a
XXX, 13.
Res ad eam perti-
unum maxime li-
essit Polybius, III,
is est liber XXXIV,
. De distantiis va-
orum agit XXXIV,
xtremarum terrae
cognitio veteribus
a, III, 58. Per Alex-
erium in Asia et
norum imperium in
aliis terrae partibus multo facilior reddita est ea cognitio itineratoribus, III, 59.
Geometriae elementa in scholis pueri addiscunt, XXXIV, 6, 8.
Gephrus, Γεφροῦς, oppidum Coelesyriae, in Decapoli trans Iordanem, ut videtur; in deditionem ab Antiocho accipitur, V, 70, 12.
Gerrha (τὰ) Coelesyriae castellum, contra Brochos castellum (ad fauces quae sunt inter Libani et Antilibani radices, in exitu Marsyae campi); utrumque in potestate Ptolemaei Philopatoris et eius nomine occupatum a Theodoto Aetolo, V, 46, 1 seqq.; coll. 45, 8 seq. Utrumque obsidetur ab Antiocho M., 61, 7 seq.
Gerrhaei, cives urbis Arabiae felicis, cui nomen Gerrha, XIII, 9; dona mittunt Antiocho M., qui libertatem eis confirmat, ibid.
Gertus, Γερτοῦς, οὔντος, oppidum Phoebatidis in Dassaretia, captum a Scerdilaedo, receptum et praesidio occupatum a Philippo, V, 108, 2, et 8. Conf. Gerus.
Gerunium (Livio Geryon sive Geronium), Dauniae oppidum in Appulia, 25 M. P. distans a Luceria, captum ab Hannibale, III, 100, 1 seqq. Ibi Minucius, magister equitum, velitatione superat Hannibalis copias, III, 101. Castra ibi posita (III, 101, 2), aegre defendit Hannibal, III, 102, 6 et 10. In eisdem castris hibernat, III, 107, 1; V, 108, 9.
Gerus, Γερούς, οὔντος, oppidum Dassaretidis, praesidio

occupatum a Philippo, V, 108, 8. Conf. Gertus.
Gescon, Gesco s. Gisco, dux Poenorum, Lilybaeo praefectus, finito bello Siculo milites Carthaginiensium in Africam traiici curat, I, 66. Ei bene voluerunt mercenarii rebelles, 68, 13. Cum pecunia Tunetem mittitur ad solvenda mercenariis stipendia, 69. Adversus eum commilitones suos concitant Spendius et Matho, ibid. Prehensus in carcerem detruditur a rebellibus, 70, 5; 79, 10 et 13. Cum aliis captivis mutilatus, cruribus fractis, in foveam coniicitur, 80. Eius filius Hasdrubal, IX, 11, 3. Conf. Giscon.
Gillimas, legatus Carthaginiensium ad Romanos bello Punico tertio, XXXVI, 1, 8.
Giscon, idem nomen quod Gescon, cognomine Strytanus, legatus Carthaginiensium Romam, XXXVI, 1, 8. Conf. Gescon.
Gitta, oppidum Palaestinae, XVI, 41, 2.
Gladiatorii muneris sumtus triginta talenta, XXXII, 14, 6.
Gladius Romanus praestat Gallico, II, 30, 8; ad pungendum aeque valet atque ad caedendum, quemadmodum Hispaniensis; Gallicus nonnisi ad caedendum valet, et vel sic mox inutilis redditur, II, 33, 5 seq.; III, 114, 2 seq.; VI, 23, 6 seq. Gladiorum fabrica excellunt Celtiberi, fragm. hist. 14.
Glandium copia in Gallia Cisalpina, II, 15, 2. Add. XXXIV, 8, 1 seqq.
Glaucia. Vid. Servilius.
Glaucias, Persei legatus Genthium, XXVIII, 8, 9.
Glaucides Abydenus Abydu Philippo tradit, uxores lib rosque civium servatur XVI, 33, 4 seq.; 34, 8.
Glaucus Acarnan Romanis f vens, XXVIII, 5, 1.
Glympes, castellum ditionis A givorum, in confinio agri A givi et Laconici, V, 20, frustra invaditur a Lycurg rege Lacedaemoniorum, I 36, 4 seq.
Gonatas. Vid. Antigonus Gon tas.
Gonni Thessaliae oppidum aditu Tempium, XVIII, 10,
Γονομάνοι. Vid. Cenomani.
Gordieum (i. q. Gordium), Phr giae oppidum, XXII, 20, 8.
Gorgus Messeniorum legatus Philippum, V, 5, 4 seq.; athl tica laude clarus, gene nobilis, a Philippo concitat in plebem, VII, 10, 2 seqq.
Gorgylus Laconiae fluvius pr pe Sellasiam, II, 66, 1 et 10
Gortyn, Arcadiae oppidum agro Telphusio, IV, 60, 3.
Gortyn, urbs Cretae, XXIII, 1 1. Gortynii cum Cnosiis soci tota dominantur Creta, IV, 5 3 seq.; mox orto Gortyne di sidio seniorum iuniorumqu seniores cum Cnosiis facie tes, eiectis iunioribus, urbe Cnosiis tradunt, 53, 7 seqq iuniores urbe eiecti Pha stiorum portum et ipsoru etiam Gortynensium portu occupant, indeque eis qui i urbe erant bellum inferun 55, 6. Gortynii Cnosioru vires quovis modo attenuar student, XXIII, 15. Eorur lites componunt legati Ro mani, ibid. Adversus eos Cy

esidium ab Eu-
, XXVIII, 13.
bellum inferunt
coniurant in eo-
XXXI, 1 seq.
s Cydas XXIII,
Zelys.
Africae, I, 74,

Sempronius.
ὸς, convicium a
athoclem usur-
5, 2.
in inferiori
agna Graecia.
in gratiam hi-
scripsit Poly-
eq.; III, 59, 8.
lamitas univer-
(bello Achaico)
imul et finem
, 6. Res Grae-
p. 140 gestas
exponit Poly-
, 11; IV, 1, 3.
inet nubes ab
104, 10. Grae-
o 3 Olympiadis
coeperunt res
ibycae, IV, 28,
eq. Graecorum
etandi et vallo
inus commoda
orum, VI, 42;
itum arma Ro-
m Graecorum in
unt, VI, 25, 8
non tanta fides
isiurandi quam
s, VI, 56, 13 seq.
eos obtinet mu-
io, XVIII, 17, 7.
Asiam tum Eu-
ntes uno prae-
ntii liberi pro-
II, 29, 15. Per-
um victori plau-
8 a. Per Grae-
ciam variae sententiae de Pseudophilippi et tertio Punico bello, XXXVII, 1 a et seqq. Pseudophilippi res miracula ibi habentur XXXVII, 1 d. Graeco scribere sermone ridicule affectavit Postumius Albinus, XL, 6. *Γραικὰ γεροόντια*, Graeci senes (exsules ob belli Persici culpam), in dicto Catonis, XXXV, 6, 2. Paucitas hominum in Graecia aetate Polybii, XXXVII, 4, 4. Eius rei caussa et remedium, ib. § 3 seqq. Consummatio infortunii Graecorum, XXXVIII, 1 a. Eorum calamitas maior etiam Carthaginiensium infortunio, ibid. § 2 seqq. Antiquiores Graeciae calamitates non praesentibus comparandae, XXXVIII, 1 b, et 1 c.

Grammaticus Isocrates; vide suo loco.

Gravis armatura Romanorum, VI, 23.

Gulussa, Masinissae filius, cum Scipione interest oppugnationi Carthaginis et agit cum Asdrubale, urbis praefecto, XXXII, 1 seqq. Conf. XXXIV, in fine, fr. lat.

Gymnasium Abydi, XVI, 31, 2.

Gyridas, unus e Senibus (*τῶν Γερόντων*) Lacedaemoniorum, occisus a factione Aetolica, IV, 35, 5.

Gyrton Thessaliae oppidum. Gyrtonius. Vid. Heraclides.

Gythium, portus et navale Lacedaemoniorum, V, 19, 6. Inde Alexandriam solvit Cleomenes, II, 69, 11.

Hadranodorus. Vid. Adranodorus.

Hadrianus ager, *ἡ Ἀδριανὴ*

χώρα, in Piceno: eum Praetutianumque populatur Hannibal, III, 88, 3.
Haemus, mons Thraciae; magnitudine et altitudine inferior Alpibus, XXXIV, 10, 15. Ex eo utrumque mare, Adriaticum et Pontum Euxinum, conspici posse ait Polybius, negat Strabo, XXXIV, 12, 1 seqq.
Haliartus, urbs Boeotiae, XXVII, 5, 3. Haliartii favent Perseo adversus Romanos, XXVII, 1, 8; 5, 3. Urbs eorum antiquissima, Persico bello eversa, XXX, 18, 4. Pro iis quum frustra deprecati essent Athenienses apud Romanos, turpi consilio agrum eorundem sibi deposcunt, XXX, 18. Et ex eorum regione ignominiam potius quam fructum aliquem reportant, XXX, 18 a.
Hamilcar. Vid. Amilcar.
Hannibal, praefectus praesidii Poenorum, quod Agrigenti obsidetur a Romanis, I, 18; noctu elabitur cum suis, 19. Idem (v. I, 23, 4) praefectus classis Panormi versans, I, 21, 6, per imprudentiam plures naves amittit, 21, 9 seqq. Pugna navali vincitur a Duilio, 22 seq.; aegre elabitur capta navi, 23, 7. Haud multo post in Sardinia multis navibus amissis in crucem actus est a suis, I, 24, 5 seqq. eius filius Hannibal, I, 43, 4.
Hannibal, filius superioris, ab Himilcone mittitur ad Gallos mercenarios in fide continendos, I, 43, 4.
Hannibal, Amilcaris filius (diversus ab eo qui bellum Punicum secundum gessit), trierarchus Adherbalis, cum subsidio militum intrat Lilybae
um a Romanis obsessum,
44: inde cum vacuis navibu
ad Adherbalem Drepana abi
I, 46, 1.
Hannibal (fortasse alteruter
duobus praecedentibus), co
lega datur Barcae bello Afr
co, postquam Hannoni den
tum est imperium, I, 82, 1
Castris exutus ad Tunete
a Mathone captusque cru
eidem affigitur e qua suspe
sus fuerat Spendius, 86.
Hannibal, cognomine Rhodi
I, 46, 4; confidenter portu
Lilybaei intrat; obsessum
Romanis, exitque; idque sa
pius fecit, I, 46. Ad extr
mum obstructo a Roma
introitu portus capitur, 47.
Hannibal, Amilcaris Barcae
lius, novennis puer cum pa
in Hispaniam abit, II, 1, 6,
perpetuum iurat Romanor
odium, III, 11. Quibus vi
quibusve locis fretus impe
um Romanorum conatus
evertere, II, 14, 2. Vix vigi
millia militum habens,
gressus est populum qui
buit militiae aptos pedi
ultra 700,000; equites
70,000, II, 24, 16. In Hisp
niae imperio succedit Asd
bali, et statim bellum ani
molitur Romanis inferendu
II, 36; III, 13, 4. Eum
Hispania praeter Carthagi
ensium voluntatem gessi
omnia ait Fabius, III, 8,
Olcades, Vaccaeos, Carpe
nos, aliosque trans Iber
populos subigit, III, 13 se
legatos Romanos de Sagun
admonentes superbe accip
15. Saguntum oppugnat e
pugnatque, 17. Ut sibi ded

Poenis legati
Hispaniae pro-
is fratri Asdru-
dis, et legatos
los Cisalpinos,
n fluvium tran-
naeum montem,
lanum superat,
quem relinquit
Scipionis cum
ntum, 49, 1 seq.
, III, 47—56.
ibus iter a Car-
in Galliam Cis-
cit, III, 56, 3.
e, quae a Nova
que in Galliam
conficienda ei
eqq. Dimidium
in itinere, prae-
um traiectione,
In Gallia Cisal-
subigit, III,
orum spectacu-
r pugnandum
III, 62 seq. Ad
castris Roma-
abet, V, 29, 7.
io inter Padum
perat P. Scipio-
Post anceps
estre ad Tre-
, collatis signis
vincit Ti. Sem-
-75. In Gallia
pernans capti-
e pretio dimit-
t ad fallendos
varias formas
naturali incli-
is ad audacia
Etruriam per
, III, 78 seqq.
um lacum in-
fficit Romanos,
01, 3 et 6. Ad
i maris reficit
, 8 seqq.; 87, 1
seq. Afros Romano more armat, III, 87, 3; 114, 1; XVIII, 11, 6 seqq. Superato Apennino in Samnium transit, III, 90, 7; vastat Campaniam, 92; insidias a Fabio in angustiis structas eludit stratagemate, 93. Castra ad Gerunium aegre defendit ab irruptione Minucii, 102; inde castra movet Cannas, 107, 1 seq. Cannensi pugna clade ingenti affecit Romanos, III, 111—117. Eum propediem ad Romae portas affuturum putant Romani, 118, 5. Legatos captivorum Romam mittit, VI, 58. Capuam invitatur; Petelinos fame expugnat, VII, 1. Cum eo per legatos agit Hieronymus rex Syracusarum, VII, 2 et 4. Foedus ipsius cum Philippo, VII, 9. Tarentum proditione capit, VIII, 26—32. Tarentinos benigne tractat, urbem ab arce intersepit, arcem obsidet, 33—36. Appium Capuam obsidentem ipse obsidet, IX, 3. Relicta Capua Romam petit; sed inde repulsus Rhegium abit, IX, 4—7; conf. c. 9. Eius maximum robur in equitatu, IX, 3, 9 seqq. Illius unius mente et consilio omnia geruntur, IX, 22. Romani supra modum crudelem, Poeni avarum perhibuerunt, 22, 8; 26, 11. De avaritia conf. c. 25. Varius fuit pro temporum varietate, IX, 24; 26, 1. Capua a Romanis recepta multa durius facere coactus est, 26, 2 seqq. Saepe hostem decepit, nunquam ipse ab hoste deceptus, X, 33, 2 seq. Ingenio et arte imperatoria praestans e plurimis gentibus mixtum exer-

citum per 16 annos ita continuit ut nulla unquam seditio oriretur, XI, 20; XXIV, 9, 5. In brevem angulum Bruttii agri, ad Lacinium, a Romanis concluditur, XI, 7, 1; XV, 1, 11. Ex Italia in Africam revocatur a Poenis, XIV, 9, 8 et 11; c. 10, 1; et redit, XV, 1, 10. Ad Adrumetum castra ponens, XV, 5, 3; a Tychaeo Numida auxilium 2000 equitum impetrat, XV, 3. Inde Zamam castra transfert, 5, 3. Colloquio cum Scipione frustra instituto, XV, 6—8; acie ab eo vincitur, 9—16. Pacem suadet Poenis in conditiones a Scipione latas, XV, 18. Ingentem bello Punico captorum copiam, quum a suis non redimerentur, venumdedit, XIX, 1. Eum ab Antiocho exposcunt Romani, XXI, 14, 7; XXII, 26, 11. Moritur eodem anno cum Philopoemene et Scipione, XXIV, 9, 1. Elogium eius, XXIV, 9, 5.

Hannibal Carthaginiensis, triremium praefectus, ab Hannibale Magno ad Hieronymum Syracusas missus, et ab hoc Carthaginem, VII, 2, 3 et 6.

Hannibal, cognom. Monomachus, saevorum consiliorum auctor Hannibali Magno, IX, 24, 5 seqq.

Hannibalicum Bellum s. Bellum Punicum secundum, I, 3, 2; II, 37, 2; 71, 9; III, 1, 1; 2, 1; 32, 7; 95, 7; VI, 51, 3. Vid. Hannibal, Amilcaris filius. Belli illius scriptor Fabius, III, 8. De caussis eius belli disputatur, III, 6—12; conf. I, 65, 8 et II, 36. Disceptantur iura Romanorum Poenorumque in suscipiend bello, III, 28—30. Fi bellum pace a Scipione nis data, victo Hanni XV, 18 seq.; postquan annos 17 durasset, X 9, 5.

Hanno, dux copiarum Pu rum in Sicilia, Herbessu pit, I, 18. Obsidet Ro Agrigentum obsidentes, et seq.; proelio profli 19. In pugna navali cu gulo ad Ecnomum p dextro cornu, I, 27, 5; tum fuga se recipit, 28 9. Classi praefectus co tum Erycem erat devec Amilcaremque cum mil recepturus ad pugnam lem, I, 60; sed praeve C. Lutatio ad pugnam tur ad Aegussam, qua c eius partim capta est p depressa, 60 seq. In S niam missus adversus r les mercenarios, ab his hensus cruci affigitur, Huius filius Asdrubal, Poenorum in Africa adv Regulum, I, 30, 1.

Hanno alius, qui nulli r Sicilia gestae interfuer 67, 2. Regionem Africae Hecatompylon subie Poenis, 73, 1; cum Nu et Afris pugnare solitus 7. Imperator Poenorum Africa seditionem merc riorum et Afrorum se frustra studet, I, 67; sub Poenorum dure tractare tus eoque nomine Poenis rus, 72, 3. Ignave se bello Africo, 74. Utice propemodum perdit, dum eos adiuvare, ibid. Tan Amilcari deinde summa

ımissa est, ipsi ta-
:inuatum imperium,
ɔpias coniungit cum
, sed ob ducum dis-
ıil recte geritur, 82.
erium deponit, 87,
vero accipit et cum
dit in gratiam, 87;
e finem imponit bel-
88.
aniae citerioriprae-
Hannibale, III, 35,
ɔello capitur a Cn.
III, 76, 5 seq.
ıilcaris filius, dux
ɔiarum Hannibalis,
tur trans Rhoda-
tutandam traiectio-
citus, III, 42, 6 seq.
to idem qui supe-
tro cornu praeest
Cannensi, III, 114, 7.
suos Spartani e
civitatibus non re-
licet edixissent se
as dimissuros, IV,

ɔπυια, urbs Italiae.
Ἀρπυιήτης fragm.

Vid. Asdrubal.
ıris (ὁ γρόσφος), VI,
tas (δόρατα) triarii
um habent, VI, 23,
e equitum Romano-
inutiles, dein ad
m morem mutatae,
seqq. Hasta (γαῖ-
emium militis qui
ılneravit, VI, 39, 3.
simul et caduceum
roverb. IV, 52, 3.
egione Romana, VI,
.; eorum armatura,
3; sedes in castris,
ıisterium castrense,
. Adde XV, 9, 7.

Hebrus fl. Thraciae, XXXIV, 12, 3.
Hecatodorus princeps civitatis Byzantiorum, IV, 47, 4 seq. (ni potius Hypatodorus), artifex statuae aeneae Minervae, Alipherae positae, IV, 78, 5.
Hecatombaeum, in agro Dymaeorum; ubi magna clade a Cleomene affecti sunt Achaei, II, 51, 3.
Hecatompylos, urbs Africae, quam Poenis subiecerat Hanno, I, 73, 1, ubi male Hecatontapylos.
Hecatompylos Parthiae; eo venit Antiochus, X, 28, 7; 29, 1.
Hegesianax, Antiochi M. legatus Corinthum ad T. Quintium et decem legatos Romanos, XVIII, 30, 1 seqq.; 33, 3.
Hegias, Phocaeensium legatus ad Seleucum, Antiochi M. filium, XXI, 4, 4 seq.
Heircte, unde ὁ ἐπὶ τῆς Εἱρκτῆς (sed cod. Vat. pr. τοῖς Εἱρκτοῖς) λεγόμενος τόπος, locus inter Erycem montem et Panormum occupatus ab Amilcare, describitur I, 56, 3.
Helia, Ἑλεία, Laconicae ager amplissimus et praestantissimus, V, 19, 7; 20, 12. Nomen puto habet ab oppido Helos, Ἕλος, unde Helotae denominati.
Helice, una ex 12 civitatibus Achaiae primum olim foederatis, mari dein hausta, II, 41, 7 seq.
Helicranon, Epiri castellum, quo suppetias Epirotis venere Aetoli et Achaei adversus Illyrios, II, 6, 2, et 4, in montanis.
Heliotropium (quasi dicas Solarium vel Horologium), locus

prope Thebas Phthiotidas, V, 99, 8.
Hella, Ἕλλα, Asiae oppidum, Attali regis emporium, XVI, 41, 5: nisi Ἔλαια, Elaea, legendum.
